hoc accidet: ſup quas cum nihil eleuetur: alijs benefacere gaudebunt: ⁊ illud cōmendabunt: nec aliquod eis inde damnum ꝯtinget imo eorundem bonitas ſui proficui erit occaſio. Cuz autem earum contrarie ſtelle ſuper eas eleuentur: ꝯtinget predictoruz contrariuz: ⁊ propter eorum mollicieȝ atqȝ quietem dilectionem etiam in hominibus ⁊ pietatem: ꝑuipendentur ab hominibus ⁊ inculpabūt ⁊ eis violētiā īferēt.

Sicut boni ⁊ iuſti qui ſunt propter concordiam planetarum fortunarum ſi alius planeta nō fuerit ſuper eos eleuatus: erunt leti ⁊ gauiſi de bono qđ alijs facient: ⁊ pro fortunatis ⁊ laudatis ſe inde tenebunt: ⁊ habebunt ex hoc volūtatem: nec inde eis malū eueniet: ſed magnus honor ⁊ proficuū. ſic ſi dominabitur ſuper hos planetas alius planeta cōtrarius res conuerſe euenient ſibi pro manſuetudine ⁊ pietate ſua: ⁊ ꝑ amando ⁊ dando dona: ⁊ multa facient ei iniuriam magnam.

Natiuitates bonoꝝ ⁊ iuſtoꝝ ſūt qb⁹ dominanť ꝑlte fortune ſup mercuriū ⁊ lunā: vt ſup eos nō exalteť alter ꝑlanā tales natiuitates ſignificāt ꝙ natus erit letus ⁊ cōtent⁹ de bono qđ alijs faciet: ⁊ laudabiť ꝑ eo ſine eo ꝙ cuz peniteat ⁊ ꝑ ſuo bono faciēdo eueniet ſibi ꝑficiū magnū ⁊ honor. tamē ſi planete fortūe dn̄abūť ſup mercuriū ⁊ lunam ⁊ ſe exaltauerit ſup eos: alteri ꝑlte cōtrarij ſuo haiz: faciēt natū manſuetū vilipendentē ꝑpter amorē quē habebit ad hoīes: ⁊ ꝑ bono qđ eis faciet: ⁊ dehoneſtabiť. Silr multi ſient contra eum ſuperbi: nec poterit ſe defendere ab eis. Et ꝑtho. docuit nos in hoc dicto ⁊ ꝑcedēti quomō ſcire poterimus: ſi natus erit bonus vel malus: ⁊ quam dignitatē habebit in quolibet ſuorum ſtatuuz. ⁊ ſi bn̄ inſpexeris ī ſuis verbis: ⁊ in hac gloſa pluſqȝ diximus itelliges.

Hec igitur eſt via generalis qua ſenſate ⁊ rationales anime qualitates ꝑnoſticantur. ꝓprietates autem particularium que ex ſtellarum naturis ſm earum dominium contingunt elocutione generali edocebimus vſqȝ quo ad commixtioneȝ q̄ gn̄ali calle deꝑhenditur ꝑueniamus.

Hec eſt regula generalis ⁊ cōis qua ſcire poterimus partem hominis q̄ eſt in moribus ⁊ ꝟtutibus: volum⁹ generalr̄ numerare ſtatus particulares ꝑuenienes ꝑpter naturas planetarum ſm ſuas augmentationes: donec applicem⁹ ad compōnem q̄ apparebit ſm regulā generaleȝ.

Regula generalis ď qua loquitur: vlt dicere regulā que componitur de regulis quas nobis dedit in ſtatu anime: et id quod dicit partem hominis que eſt in virtutibus ⁊ moribus: vult dicere pro anima irrationali. quia paſſiones ſpirituales ſunt in hac parte ſolummodo: ſicut docuit Ariſtoteles in ethicis. Et id quod dixit volum⁹ dicere ſtatus particulares qui accidunt ꝑpter naturas planetarum generaliter ſm eorum dominia: donec aplicemus ad compoſitionem que apparuit ſm reg generalem. vult dicere ꝙ narrabit id quod faciet natura cuiuſlibet planetaruȝ quādo nō fuerit in ſignificatione ſua per ſeipſam: ⁊ quando habuerit participacionem cum eo ali⁹ planeta: ꝑ eo ꝙ eū paratū teneamus: vt accipiamus ď eo qđ neceſſe habuerim⁹: ⁊ ꝙ eū iungamus cum ſignificatoribus regularū ⁊ radicaꝫ generalium quas ante docuit in eo qđ preterijt: ꝑ eo ꝙ ſciam⁹ de illo nobis adijcere ſtatū pertinentē ad quēlibet natū. Et cōuenit vt hec teneas in memoria tua promptum in iſto ⁊ in alijs talibus capitulis.

Cum ſolus igitur ſaturnus diſpoſitioni rerū animarum dominetur: fueritqȝ dominus lune ⁊ mercurij: ſi reſpectu mundi ⁊ angulorum cōueniens fuerit: natus iuſtos homines amabit: et erit rigidi profundiqȝ conſilij: in ſui etiam ipſius conſilio permanebit: laborioſus erit: ⁊ diſputator: quandoqȝ autem a veritate modicū declinabit eritqȝ locuples ⁊ appetitor regni: verſipellis: teſaurizator: ſub terraneus: inuidus.

Et ſi ſaturnus ſolus fuerit in ſtatu anime gubernator et dominus loci mercurij ⁊ lune i bono ſtatu in comparatione mundi ⁊ in comparatione angulorum faciet natum ꝙ erit amator terraꝝ: magni ⁊ firmi conſilij: laborioſus: ſecretaꝝ rerum perquiſitor earum ⁊ diuiaruȝ magnaꝝ: amator regum: violatōr alieni ſumptus: et theſaurorum locutor.

Bonus ſtatus quem habent planete in comparatione mundi eſt vt planeta ſit in ſua domo vel exaltatione triplicitate termino vel facie ad ſe pertinente. ⁊ quod ſtatus ſolus ſit talis vt planeta ſit potentior: ſicut quando eſt matutinalis aut directus i curſu ſuo et motus feſtini. Bonus vero ſtatus quem habet in comparatione angulorum eſt vt planeta ſit in angulo et in ſuo haiz vel in ſuccedentib⁹ angulorum et debet hoc ordinari ſm ordinationem viriū duodecim domorum. et iam hoc pateſecimus multotiēs Et manifeſtum eſt ꝙ quando mercurius fuerit in hac maneric erit in meliori ſtatu quem habere poſſit: Et propter hoc cōuenit ꝙ ſit in rebus anime id quod ad hoc pertinet ſicut dixit ptholemeus: ita ꝙ ſi alie regule quas antedixit ſignificarent res alias adiuuabis eas cum rebus iſtis. he res quas inueneris concordantes accipies: et iudicabis ſm eam: et ſecundum illud quod maiorem habere ſignificationem inuenies iudicabis: et ita facies in quolibet planeta. et conuenit tibi itelligere nec petas ꝙ alia vice dicam tibi in alijs planetis.

Si autem in huius qđ diximus contrario extiterit vt inconuenienter videlicet exiſtat natus fuerit imſidus: vilis puſillanim⁹: inſciens: i ſuo tātū conſilio permanens: inuidus: inandax: ab hoibus ſeparabitur: in verbis doloſus: amator occultationis ⁊ lugubrij: iuerecundus: infortunatus laboris amator: neminem diligēs: deceptor amicoꝝ: nūqȝ gaudebit: bonoꝝ maliuol⁹.

Et ſi ſaturnus eius quod diximus fuerit de ꝯuerſo ⁊ non in bono ſtatu faciet natum turpem vilem parui cordis ſine diſcretione male cognitionis reget ſe ſuo conſilio: inuidum: ſolitarium vilem ab omnibus ſeparatum: mendacem deceptorē: falſū i celato diliget endichiertas ⁊ plācet⁹ exiūerecūdat⁹: iſortūat⁹: laboris amator: amorē nulli habebit: ab horribilis ⁊ falſus ſuis amicis ſemper triſtis ⁊ dolēs abhorebit bonos.

¶ Planete qui ſunt conuerſi ab eo ꝙ diximus ſunt maluz: habentes ſitum in comparatione mundi ſicut qui eſt oppoſitus domui ſue vel exaltatōis: vł in dignitatibus planetarum diſcordantibus ſe cum eo. et ꝙ ſit veſptinalis vel retrogadus vel tardi motus et ſimiliuz ⁊ ꝙ ſit in malo ſtatu in comparatione angulorum ſicut in. 12ª vel ſexta domo ⁊ ꝙ non ſit in ſuo haiz. ⁊ his ſimilia. hic enī docet nos ptholemeus de facto ſaturni duo contraria vt excolligas ꝙ fuerit inter hec duo: ita ꝙ ſi eū inueneris inter hos duos ſtatus quos dixit inſpice quis ſtatus eſt magis circa ⁊ dabis eidē ſtatui maius poſſe ꝙ̄ alteri ⁊ minues de ſuis operibus tantū quantum aliud contrarium inclinatur: ⁊ id quod itelliges retinebis. poſtmodum aliud adde cum regulis generalibꝰ huius rationis ⁊ iudicabis ſm ſignificationem vincentem ⁊ ſm id quod ei adiungitur magis de te vna: ⁊ tunc iudicabis rectitudinem: nec errabis: ⁊ ſm hoc facies in quolibet aliorum planetarum.

¶ Et ſi ioui aſſimiletur ſcđm quod prediximus eiuſqȝ qualitas commendabilis fuerit: natꝰ erit iuſtus: ſenes honorabit: eritqȝ ſani conſilij: adiutor regni: cognitor: magnanimus: bone notitie dilector amicorum: quietus: intelligens: patiens: philoſophus.

¶ Et ſi fuerit concors cum ioue in modo quez diximus ⁊ in bono ſtatu faciet natum liberum honoratorem bonorum: tutorem ſenum: boni conſilij: adiutorem alius rei: ſemper factorez notum regum: magne orationis: amatorem ſuorum parentum: manſuetum intelligentem ſufferentem ⁊ ſapientem.

¶ Et ſi cum ioue habuerit concordantiam ꝙ ipſe ⁊ iuppiter ſint gubernatores: aut ꝙ vnus ſit ⁊ alter cū aſpiciat bono aſpectu: vł ꝙ vnus eoꝝ ſit gubernator ⁊ alter gubernator gubernatoris ipſiꝰ: ita ꝙ ſit dn̄s domus ſue aut exaltatiōis trigoni vł his ſiliium: hec ē tō concordantie: ⁊ cōuenit vt h̄ intelligas ſic in alijs pꝛtis. Et id qđ dicit ꝙ ſi fuerit i alio ſtatu cōuenit vt intelligas ꝙ ſit cōcordantia bona manerie inter eos ita ꝙ ſit inter eos aſpectus bonus aut receptio ⁊ ꝙ vterqȝ eoꝝ ſit i cōpatiōe mūdi ⁊ āgloꝝ i bona manerie.

¶ Sed ſi huius ſtelle qualitas predictis contraria fuerit: natꝰ erit ignarus bene facere: inſenſatus: circa diabolica conuerſabitur: in oratorijs commorabitur: futura predicet: abhorrebit habere filios: non habebit amicos: morabitur i criptis ⁊ ſpeluncis cum hominibꝰ non conuerſabitur: nec in eo quis confidet: erit inſipiēs: malus: debilis: honorem non amabit: penitēs: male receptionis: electionis male: laboris patiēs.

¶ Et ſi ſtatus horum planetarum fuerit de conuerſo eius qđ diximus: faciet natum non vſum boni: male morigeratum: mali ſenſus: intromittet ſe de diabolicis rebus ⁊ malis: ⁊ ſemper ſtare diliget: in oratorijs: diuinator: diffamator filiorum ſuorum: nullum habebit amicum: ab omnibus ſeparatus: infidelis: malum queret hominibꝰ: mali cordis: debilis: tedioſus: honorem non diliget: laborator male receptionis: ⁊ contentus de omni re mala ⁊ vili tranſitor rerū: ⁊ dilatator.

¶ Uult dicere ꝙ mala cōcordātia q̄ eſt iter ſaturnū ⁊ iouē qn̄ ſūt gubernatores facti aīe: ꝙ qn̄ ipi ambo ſūt in aſpectu inimico: vł ꝙ ſūt i comparatione mūdi aut anguloꝝ in malo ſtatu vł ꝙ vnꝰ eoꝝ ſit gubernator aīe in tali ſtatu exn̄s: ⁊ alter aſpiciēs ſe cū eo: de eodem aſpectu exn̄s i alio tali ſtatu ⁊ ſiſa ſicut oſ̄ſū eſt i gloſa p̄mc ptis ⁊ alijs p̄cedētibus gloſis. Scies qn̄ talē inueneris cōſtellationē ꝙ natus erit talis qualis dixit ptholemeus. ⁊ conuenit prout diximus ꝙ addamus has ſignificationes cum regulis primis vt ſciamus proprium ſtatum nati: ⁊ ptholemeus docuit nos ſtatus bonos concordantie ſaturni ⁊ iouis ⁊ concordantie male ſilr: ita ꝙ quando concordantiā mediocrē iuenies iter eos ſm ꝙ conuenit indicabis: ⁊ compones iudicium rerūz quas dixit in illis duobus ſtatibus: ⁊ cum hoc poteris intelligere totum hoc dictum ptholemei: ⁊ id quod in alijs planetis dicet.

¶ Et ſi marti aſſimilet̄ ⁊ ipſe bone qualitatis ⁊ laudabilis exiſtat: erit natus non cognoſcens: valde laborioſus: miſer ⁊ imbecillis: nocens: ⁊ magna cum timore tentabit: erit grauis baratator: non pius: omnia parupendet: immoderatus: bellicoſus: animam ſuam ponet in timore: amabit conturbationes: proditor erit: aliorum perturbator: inuidie peſſime: pro euentu aliquo eius anima mutabitur: homines laborare faciet: vi preerit alijs: trāſgreſſor: odio reges habebit ⁊ principes: amabit hipocriſim: ⁊ victoriaz: inuidus: male profunditatis: erit grauis ad tolerandum: ruſticitate plenus: intolerabilis: oſtentator ſui: iniquus: hominibus nocebit ⁊ eos vilificabit ac odio habebit: nec mutabitur: nec alterabitur: intromittet ſe de pluribus ⁊ ab eis leniter recedet: erit artifex ⁊ ſtudēs generaliter: etiā proſperabitur.

¶ Et ſi cum marte concors fuerit ⁊ in bono ſtatu faciet natum male cognitionis: laboratorez: ⁊ vilitatum omnium: aliquando audacem: ⁊ quādoqȝ remiſſuz male ſocietatis: ſine pietate: dehoneſtatorē bonorum: vel durum rixatorē: ponet ſe in periculo magno: amator rixaruz: falſus: infidelis: occiſor: retentor ire male: loquax: inſtabilis in factis ⁊ dictis: oditor bonorū: amator blandicie ac ſuperbie: male voluntatis: de ſufferendo fortis: auſterus: ⁊ crudelis homini bus: factione mali: querelosus: malus violator: robator: dehoneſtator: non cambiat ſe: nec mutat de malo: bellicoſus: acutus: horum omniuz malorum completor ⁊ fortunatus in eis.

¶ Aſpice ad naturam duarum infortunarum quando participabūt i gubernatione anime ⁊ fuerit concordātia inter eos exn̄do i bono ſtatu: aut qn̄ vnꝰ eoꝝ fuerit gubernator. ⁊ alius concordet cū eo exiſtentibꝰ i bono ſtatu ambobus quomodo faciunt anime nati res iſte que multum inclinātur ad mala.

¶ Sed ſi hec ſtella fuerit in predicti contrarium: natū faciet eē depredatorem: ac viarum abſciſorē: miſerum: male qualitatis ⁊ mali lucri: deum non timebit: nec aliquē amabit: blaſphemator: perturbator: latro: deceptor: proditor: interfector: inceſtus malus: ipſi⁹: homicida: nigromāticus: depredator oratorij: fornicator ſepulchrorū violator: ⁊ gn̄aliter nequam erit i oib⁹.

¶ Et ſi plāta fuerit conuerſus ab eo qđ diximus: erit natus robator: inſidiator omnium i alijs cōplete manerici: male vite: mali lucri: deum non timebit: nec amorē habebit i eo: dehoneſtator: diſhonorator: interfector: truſator: nigromāticus: oratoriorū robator ⁊ altarium: luxurie male: expoliator: mortalium defunctorū: proditor: ⁊ in oibus alijs factis ſuis nequā.

¶ Hec facta ſignificant nām duarum infortunarum exiſtentium cū malo ſtatu ſūi modo malitie multe pure ⁊ vitia mala. Et ſcias qꝫ habebit inde natus qn̄ adiunges cum alijs regulis quas dixit i ſtatu aie ꝑho.

¶ Or ſi veneri ſaturn⁹ aſſimilet̄: ⁊ ipſa bone qualitatis exiſtat: natus mulieres abhorrebit: ſenes ⁊ rōcinos amabit: eritqꝫ male receptiōis: honorem n̄ appetet: abhorrebit formoſa: erit inuidus: male ſocietatis: ab hoib⁹ ſegregabit̄ ⁊ i ſui ipſi⁹ cōſilio confidet: deū verebit̄: eritqꝫ zelati cōſilij: male legis: amabit occlta: diuinator: de diuinis cogitabit: pacificus: verecūdus: amator ſciētie: fidelis: abſtinēs: deliberator: ab inuidis ſe abſtinēs: tedioſus ⁊ in mulierib⁹ zelotip⁹. hec autē ſtella cū fuerit in predicti contrariū: nat⁹ erit fornicator ⁊ imundus turpia cōmittet in ſuis: turpis adulter: a mulierib⁹ ſe decipi permitter. Maxime sūt a ſuis cōſanguineab⁹: erit valde miſer: imbecillis omnib⁹ modis circa venereos actus: abſqꝫ intermiſſione ſollicitabit̄: abhorrebit formoſa: maledicus: ſuperb⁹: celabitqꝫ aiūm: vil: ſceleratus in coitu turpiter: ⁊ extra naturā veneri ſubijciet̄. hic aūt cum annoſis ⁊ vilib⁹ hominibus: ⁊ contra legē: cū beſtijs ēt facere deſiderabit: deū non verebitur: vilipendet ſecreta: ⁊ oratiōis domos faſſans: caſtaſ ⁊ ois vilipendet: erit nigromantic⁹: ⁊ de oib⁹ ſe intromittet.

¶ Et ſi concors cū venere fuerit ⁊ i bono ſtatu: erit natus mulieres abhorrens: amator ſenū ⁊ heremitarū: male receptionis: honorē nō diliget: nec res pulcras: inuidus: male ſocietatis ab oib⁹ ſeparabit̄: reget ſe cōſilio ſuo: leget ſecreta: ſciet leges: ſecretorū amator: diuinator: amans deum ⁊ legē ſuā: amator rerū dei: caſtus: amator itinerū: promptus in litibus ⁊ bellis ſe ponet pro defenſione legis: amator phyloſophie fidelis: legalis: abſtinētie magne: ⁊ cogitat⁹: cuſtodiet ſe a mala fama: triſtis zelotip⁹ mulierū: ⁊ ſi planeta fuerit conuerſus ab eo qđ diximꝰ: erit nat⁹ fornicator magne turpitudinis: ſine diſcretione ⁊ lympiditate i luxuria ſua: decipietur propter mulieres maxime ꝑ conſanguineabus ſuis: male fame: dehoneſtat⁹ in oib⁹ rebus ſuis ſequutor luxurie: omne factum bonum odibit: male rōcinatus: ebriatus ſecretorum amator: ⁊ luxuriarum contra naturam cum maioribus cōdieb⁹: ⁊ cum vilibus extra legem ſuam: ⁊ cum beſtijs: deum non timebit: dedignator oratoriorum ⁊ religioſorum legis: diliget nigromantiā ⁊ ſimilia.

¶ Si memor exiſtis gloſarū omniū quas hinc retro diximꝰ apte intelligere poteris dictū iſtō: ſed ſi harū oblitus es aīo inſpicias qꝫ regloſemus: habes eni vnū cū alia virtute eorū q̄ diximꝰ tibi multa vice.

¶ Or ſi mercurio ſaturn⁹ aſſociet̄ ⁊ ipſe bone q̄litatis exiſtat: erit natus rerum atqꝫ legū inquiſitor ⁊ inueſtigator: amabit medicine ſciam: occultus: occltor: deliberator: mira faciet: ſophiſta erit: leuis: diſpoſitor: boni igenij: amare animie: inueſtigator acutus: amator itelligentie ⁊ operum ei etiam bene cōtinget. At ſi hec ſtella fuerit in predicti cōtrariū: erit natus inuidus animie qꝫ turbide: laborioſus: odioſus: habebit conſanguineos: erit laboris amator: triſtis: i nocte turbabit̄: porteror: deceptor i ſuis negocijs: nō aſſociabit̄ hoib⁹: latro: ſciens: nigromāticus: incantator: verſutus: non proſperabitur.

¶ Et ſi cum mercurio cōcors fuerit i facto animę exn̄do in bono ſtatu: erit natus perqſitor ⁊ petitor cronicarum: hiſtoriarum: ⁊ legū: amabit phyſicam: ſecretorum retentor: ſtudens i ſecretis miraculorum ſāctorum: ſophyſticator: in gēre ſua agilis: populi gubernator: intelligēs: inquiſitionis magne: expertus: diliget omne bonum: ⁊ rebus iſtis omnibus fortunatus. Et ſi planeta fuerit eius qđ diximꝰ de conuerſo: erit natus retentor ire: male voluntatis: ſemper triſtis: laborator: ſuos abhorrebit parentes: laborem diliget: doloroſus: de nocte metū magnū habebit: inſidiator ⁊ temptator ꝑ interficiendo deceptor: ſocietatem cū hominibus non habebit: latro: inuenerator: nigromanticus: factor caracterarum ⁊ extancorum ingenioſe: ⁊ cū hoc toto infortunatus.

¶ Hoc dictum ſimiliter eſt oſtenſum in aperto vl̄e: tamen rem vnam volumus aperire ꝑ quā declaremus qđ ante diximus: qua ſcies qꝫ mercuri⁹ quando gubernat factū aīe exn̄s in malo ſtatu: ⁊ fuerit cū ſaturno eleuatus ſuper eum: ſignificabit qꝫ natus erit proditor ⁊ latro: ⁊ cum hoc toto erit ſine fortuna: in eo penam pro ſuo facto recipiet. ⁊ i alijs planetis intelligere poteris iſto modo.

¶ Iuppiter autem cum ſolus extiterit dominus
diſpoſitionis anime.

¶ Et ſi iuppiter fuerit ſolus aīe gubernator.

¶ Solus iuppiter erit aīe gubernator: qñ ſolus dominus lo
ci mercurij ⁊ lune ſine vlla ꝑticipatiōe cū alio pl'ra hñdo.

¶ Si laudabilis q̄litatis fuerit: erit nat⁹ magna
nim⁹: largus: iuſt⁹: verecundus: hilaris: homi
nes amabit atq; formoſa: liberalis: equ⁹ magne
cogitatiōis: manſuet⁹: egregi⁹: in ſuis operibus
pius: benefaciet hoībus: amabilis ductor.

¶ Si fuerit ī bono ſtatu: erit nat⁹ magni cordis:
liber: lympid⁹: honeſt⁹: delectabil': amator hōi
nū: eſſētie bone: pietoſus: ꝑciabit ſe m'ltū: abſti
nentie bone: ſpūalis ⁊ cognitus pro oīb⁹ factis
bonis hominibus factor boni: ab omnibus ſe di
ligi faciet cognitiōis bone ⁊ gubernatōis bone.

¶ Aſpice q̄ñ pl'ra fortūa cū ē polēs exib; oēs bōas v'tutes.

¶ Et ſi fuerit in predicti contrariū: erit qualitas
anime nati: ſimilis predictis: preter q̄ in his erit
debilior: ⁊ magis occultus: abſq; bono intelle
ctu: loco nāq; magnanimi erit prodig⁹: loco iu
ſti ſeruiet diabolo: vel erit male opiniōis: vere
cundie loco: erit caudardus ⁊ loco māſueti erit
ſuperbus: erit etiam loco diligendi homines bo
ne qualitatis anime: loco amandi formoſa: dili
get delectationes: at loco magne cogitatōis erit
contumax: ⁊ pro libertate ifelus ⁊ his ſilia.

¶ Et ſi fuerit cōuerſus ab eo q̄d dixit erit aīa na
ti ſimilis ſtatibus quos prediximus: erunt tñ de
biliores multum ſine diſcretione ira q̄ ī loco q̄d
ſit magni cordis erit deuaſtator. Et in loco q̄d
ſit lympidus ⁊ iuſtus erit ſeruitor dyaboli: aut
credulitatis vel ſecte male: ⁊ in loco verecūdo
ſi erit vilis: ⁊ in loco caſti ⁊ bone abſtinētie: erit
fatuus: ⁊ loco amatoris hominū erit bone volū
tatis: ⁊ loco amādi res pulcras: amabit vitia ſi
ne abſtinentia ⁊ ſimilia.

¶ Ptholemeus nō curauit in quolibet loco dare nobis re
gulas vel q̄ eis aſſimilat': q' fortuna ſemꝑ donat q̄ cū ſua
natura cōcordat: ſi fuerit in bono ſtatu bonas trahet virtu
tes: ⁊ ſi fuerit ī conuerſo dabit loco bonoꝝ virtutū q̄d aſſila
bitur virtutib⁹ ⁊ non eſt ſicut res quas in hoc loco retulit
ptho. ⁊ dixit ita q̄ erit loco habendi cor magnū deuaſtator.
⁊ loco lympidi ⁊ iuſti ſ'uitor ydolatrie: aut hereſis magne
vt religioſi hereticoꝝ ⁊ tenētiū malam legē. ⁊ q̄ dicit loco
amatoris hoīum erit bone voluntatis. vult dicere tā blan
dus ⁊ manſuetus q̄ nunq̄ iraſcet' ⁊ oēs alias res q̄s dixit.

¶ Quod ſi marti iuppiter aſſimiletur ⁊ qualitatis
ipē laudabilis exiſtat: erit natus verſutus: placi
tator: bellicoſus: diſpoſitor: tunc agens fortiſſi
mus: ⁊ nulli humiliabitur: erit etiā; homo exer
citiū ⁊ operum: cupiens vindicari: ⁊ penitus
ſuperare: ſemetipm dominum faciet: eritq; re
rum inuentor: rei veritatē non ignorabit: proui
dus erit ⁊ magnanimus: proſperabitur: queret
etiam honorari: iracūdus rerū cognitor: m'lti ſq;
multa mādabit. At ſi hec eadem ſtella in huius
predicti contrarium extiterit: erit natus blaſphe
mator: ⁊ verborum perturbator: impudēs nul
lius rei celator: vilipenſor aliorum: ipocrita: mē
dicus: ſuperbus: inobediēs: depredator: leniter
alterabitur: lenis penitēs: iſtabilis: vilis: infide
lis: nullius notitie ac conſilij: inſenſatus: raptor:
ſuorum amiſſor: ⁊ gñaliter diuerſarum erit q̄li
tatum modorūq; mutabiliū.

¶ Et ſi fuerit concors cū marte in facto anime
⁊ fuerit in bono ſtatu: faciet q̄ nat⁹ erit malus:
incooperto: rixator: litigator: magni homicij: gu
bernator aliorum: inobediens: acutus: beſtiaꝝ
⁊ caualcatarum director: magne ꝑualētie: vo
let ſe vindicare: factor deſpectuum: mulris: di
liget ſemꝑ vincere ⁊ ſuper alios eſſe magnus:
rerum inuentor: vir ⁊ fortificator in omnib⁹ ſuis
factis: liber: donator: ſemper victor: magni cor
dis: amator honoris: iratus: preceptor ⁊ inhibi
tor. Et ſi ſic planeta fuerit de conuerſo eius q̄d
diximus: erit natus dehoneſtator: crudelis m'l
tum: non parcet: rixator: blādioſus ſemper erit
cū ſuo ſenſu: inobediens: fatuus robator: ⁊ le
uis ⁊ mobilis: cito penitebit: nec erit ſtabilis in
re illa: ſimplex: infidelis: ſine diſcretione ⁊ con
ſilio: cito de omnibus malū dicet q̄d dicere vo
luerit dicet ſicut inſenſatus: ⁊ generaliter eſt di
uerſarum manerierum.

¶ Iam docuit nos in eo q̄ tranſiuit duas contrarias cōcor
dantias que ſunt inter ſaturnum ⁊ iouem: ⁊ h' gloſauimus
tali mō q̄ ſemper non opꝫ ī alia vice ad alios redire plane
tas. ⁊ iō ñ hēm⁹ ī h' loco gloſare has duas c̄rias ꝯcordātias
q̄ ſūt īter iouē ⁊ martē. Nā v'ba ptho ī hoc loco manifeſta
ſūt ⁊ declarata ſi preteritarū gloſarum memor exiſtis ⁊ ex
pedit ī hoc loco ſi inuenis q̄ iuppiter ſit gubernator ⁊ ſe cō
cordauerit cū ſaturno ⁊ marte q̄ adiungas vnā ſignificati
onē cū alia: ⁊ q̄ oēs adiungas ⁊ cognoſcas ſ'm reg'las quas
dixit ī capl'o patrū ⁊ adiūges oēs reg'las ⁊ iudicabis ꝑ eas.

¶ Quod ſi veneri fuerit ſimilis ⁊ laudabilis quali
tatis exiſtat: natus erit ſimplex: amans nitiditā
tem ⁊ magiſteria atq; rerum inueſtigationes:
cantos etiam ⁊ iocos atq; comeſtiones appe
tens eritq; bone qualitatis anime: pius ſani cor
dis. deum amabit ⁊ illi ſeruiet. cupiet etiā amo
re dei laborioſus eſſe. erit ſenſatus. ⁊ amans: hūi
lis. aīe ſplēdide: gratific⁹: munific⁹: libroꝝ lectio
nes nullatenus abhorrebit: erit rerū cognitor:
⁊ circa legitimos veneris actus tēperatus. ſuos
etiā cōſanguineos amabit. honoris nominiſq;
formam concupiſcet. generaliter quidem erit iu
ſtus ⁊ probus. Sed ſi hec ſtella fuerit in ꝑdicti
contrarium natus erit illaborioſus. delicate vi
te: mulie bris anime: ſaltator: eius ira mulie

rum lre aſſimilabitur:erit prodigus:in rebꝰ mu
lierum inſenſatus:procꝰ:libidinoſus:deliquēs:
capillorū ornatus amabit:ſemetipm extollet:
neſcius ſuorum amiſſorum gaudebit:i boium
erubeſcētia leuiter ipedietur:ſui cōpos erit: fe-
mineiqꝫ ſenſus:in rerū eccleſiaſticaꝝ dilectiōe ꝑ
ualebit:i rebꝰ precedet:erit occultator: ⁊ fidelis
oium malorū ignarus:cūctis obnoxiꝰ. In ſuis
opibꝰ ꝯmēdabil' ⁊ liberalis i oibꝰ q̄ fecerit.

Et ſi fuerit hic plta cū venere cōcors exiſtens
in bono ſtatu:erit natꝰ lympidus:alacer:delecta
bil':amabit ſe tenere lympide atqꝫ bn̄:diliget mi
niſteria canere ⁊ exquirere res oēs cātus iſtru-
mēti:muſicos bene cōmedere:erit letus volūta-
ris bone:hoibus:factor boni:pietoſus:ſani cor
dis:dei ſeruiēs ⁊ amator: diliget ꝓ dei ſeruitio
guerrizare:ſenſatꝰ:diliget hoies:abſtinentie bo
ne:gratizator ⁊ retributor bōi amator:amabit i
libris ſtudere:bona diſcretionis i luxuriā tēpe-
rata: ⁊ bono mō ſuorū ꝑentū amator: dilector
valitudinis ⁊ honoris: ⁊ generalr bonꝰ i boni-
tatibꝰ ⁊ cōpletus. Et ſi hic plta fuerit de cōuer
ſo:erit natus amator ludorū corporis:femininꝰ
voluntatis: i ira ſua ire ſilis mulierū: hyalator
diſpēſator:amator mulierū:deceptuoſus: ma-
gne luxurie:ſine abſtinētia: vt diliget afaytatꝰ ⁊
pectinatꝰ erit:ſp riſor in vano:ſui deuaſtator gē
tiū repbēſor ſollicitabit de catugulis:ſenſu mu-
lieris hēbit:debilis cordis:diliget oratoria ⁊ ea
ſequet:amabit ſecreta: ⁊ puritates audire:tn̄ fi
delis:ſine remiſſiōe aliqua leta:bone receptōis:
ſocius omnium:bone voluntatis: ⁊ in eo qđ fe
cerit laudabitur.

Similr ſi hi duo ſtatꝰ ſūt cōtrarij accordamēto iouis cū
venere:ſi ambo vel vnꝰ eoꝝ fuerit aīe gubernator. Et ma
nifeſtū ē qꝫ ſi ſaturnꝰ ⁊ mars ambo cōcordauerint ſe cum
eis ſignificatio cōpoſita erit ⁊ mixta ſm regulas pteritas ⁊
ſm qꝫ gloſamꝰ eas oēs: ⁊ expedit vt mētē apponas a pnᵒ
huius capli: vſqꝫ ad hūc locū: ⁊ ſi mētē appoſueris in eo qđ
ſubſequitur melius iudicabis.

Or ſi mercurio iuppiter aſſimilet ⁊ fuerit qua
litatis idonee:erit natus in librorum lectionibꝰ
aſſiduus:amabit ſyllogiſmos ⁊ erit geometra
peritus in quadriuio:verſificator ac ſermocina
tor:acuti ingenij:humilis:boni conſilij:laudabi
lis in moribus:beneficus:diſpoſitor:bone qua
litatis aīe:dapſilis congregatiōis:bone opinio-
nis amator:bene ⁊ ſubito icepta pficiet: erit hō
regiminis:bone credulitatis:medicꝰ regia: deū
diliget:bone anime amabilis: conſanguineos
amabit:idolis erit bone: amator ſciētie: honio
diuitiarū. Qđ ſi hec ſtella predicti cōtrariū opti
nuerit:erit natus ſtultus:ſtultiloquꝰ: frequēter
falletur:miſer continget ei alantuſimus:diuinis
adherebit:impetuoſus erit:amare anime:cum
ſit ſtultus ſapientē ſe putabit:ſuperbus:pturba
tōr:in alteriꝰ ſeruitute ſemetipm collocabit:mo
tus erit iordinati: verboſus bone memorie: hō
doctrine ⁊ appetitus ridigi.

Et ſi hic planeta concors fuerit cū mercurio
exiſtens i bono ſtatu erit natꝰ perquiſitor: ⁊ ſtu
dēs p libros d̄mōſtratōis amator ac geometrie:
⁊ totiꝰ q̄druuialis ſciētie ꝟſificator ⁊ iuētor bene
rōcinatus ſubtilis:igenioſus:itelligēs abſtinen-
tie ⁊ cōſilij boni morū laudator: largꝰ omnibꝰ:
factor boni:habebit virtutem ⁊ intellectū alios
gubernandi:bone voluntaria:dona magna do
nabit:amator populi:boni intellectus i rebus:
quicquid fecerit adimplebit: ⁊ quicquid inci-
piet bonus ⁊ fidelis in lege ſua: amator ⁊ mā
dat orum ſuorum: ab omnibus ſe faciet ama
ri:ſuos amabit parentes. erit curialis: doctus:
diliget ſapiaꝫ:honoratus ⁊ a hoibus ꝑciatus:
Et ſi plāeta fuerit de cōuerſo natꝰ erit ſtultꝰ:ꝯtē
tioſus:igratus merorꝪ: i oibus rebus ſuis vi
lis:eueniet ſibi dedecus:res ſequet:eloquij ma
gni erit:credet ſemꝑ eē ſapiēs: ⁊ neſcius erit:ſilr
erit ſatuus in ſuis motibus: turbaioſus: mul
torū honorum narrator ⁊ reminiſcitor rerum.

Manifeſtum eſt totum hoc dictum per gloſas quas an
diximus in hoc capitulo: ⁊ id quod dicit contentioſus eſt
amiſſio ſenſus: ⁊ res dicendo futuras.

Or ſi mars aie diſpōm ſolus dūet: ⁊ laudabil'
qualitatis exiſtat:natus erit fortiſſimꝰ: ⁊ potēs:
iracūdus:armoꝝ appetitor:aīoſus:ponet aīam
ſuā i mortis ꝑiculo:nulli ſe hūiliabit:d̄ſtructor:
i ſuis cōfidet viribꝰ:primꝰ ī bello:vilipēdet oia:
violētiā hoibꝰ ingerit: ⁊ erit bomo regiminis. At
ſi hec eadē ſtella fuerit i iſtoꝝ q̄ pdiximus ꝯtra
riū:natus erit tedioſus:blaſphemator: ſanguis
effuſor:cōtrarietatū amator:cōſūptor:garrulꝰ:
ſtultus:ſuperbus:depredator:in ipſius malefi
cijs inordinatus:deiceps cōſanguineos abhor
rebit ⁊ deum ignorabit.

Et ſi mars fuerit aie gubernator ſolus exn̄s i
bono ſtatu erit vir fortis i oibꝰ factis ſuis alioꝝ
capitaneꝰ:iratus armator armoꝝ: fortificator:
victor belloꝝ:ponet ſe ſpōte ⁊ volūtarie ad mor
tis ꝑicula:iobediēs :nulli voluerit obedire : au
dax. virilis:i oibus dedignoſus:ſupbus :ſollici
tus:magni cordis:ſapiēs ad alios gubernādos.
Et ſi hic plta fuerit d̄ ꝯuerſo erit natus crudel'
multum:d̄honeſtator:diliget interficere homi
nes:bellicoſus : rixator ⁊ vociferator : mixtor
mali: ⁊ robator:ebriatus : ſine pietate :malo-
rū factor:malarum cogitationum:laborioſus:

ſtultus ſuos odibit pentes: et odiet oēs hoīes
inobediētes dei et mādatoꝝ ſuorum.

¶ Totū hoc dictuꝫ ſimiliter ē manifeſtū ꝑ gloſas ꝑteritas
in verbis q̄ dixit de ſaturno ⁊ inde accipere poteris totam
ſignificationē martis ſm̄ ſuā nām.

¶ Si vero ſimilis veneri fuerit ⁊ idonee quali-
tatis extiterit: natus erit alacer: ⁊ bn̄ moꝛigeratꝰ
ſuos amabit ſocios: mol' vite: iocoſus: bonꝰ hō:
apte cōpl'onis ⁊ forme: amabit ſaltatiōes: ꝓcꝰ:
homo diuitiaꝝ ⁊ qetis: vir leuis in coitu: ei tn̄ i-
de continget bene. ſibiq̄ꝫ precauebit: ſapiens: ve
recūdus: ⁊ cognitor: itē libenter habebit reꝫ cū
viris: ⁊ mulieribꝰ: erit ēt deuaſtatoꝛ: leuis iracū
die ⁊ zelotipus. Qd̄ ſi hec eadeꝫ ſtella in ꝑdicti
cōtrariū conuerſabit̄: natus multus ac ſuꝑfluus
erit in coitu: diuerſariſq̄ꝫ qualitatuꝫ: oēs vilipen
det: delinquēs erit: blaſphematoꝛ: mēdax: pro-
ditoꝛ: ſuos ⁊ alienos decipiēs: appetitꝰ feſtini:
faſtidioſus: cōiugataꝝ ⁊ ꝟginū corruptoꝛ: ⁊ ver
ſutus: acutꝰ: inoꝛdinatꝰ: deceptoꝛ: peierabit: iō
q̄ꝫ in ruboꝛem: ⁊ verecūdiā ſubito cadet: inſen
ſatus: ſemetipꝫ foꝛtaſſis adoꝛnare cupiet: īpetu
oſus: turpia cōmittet: ⁊ hoꝛridus erit.

¶ Et ſi fuerit hic pl'ta cū venere cōcoꝛdatꝰ exn̄s
in bono aſpectu: erit natus receptiōis ⁊ volūta
tis bone: amabit ſuos ſocios: ⁊ amicos: delecta
bilem vitaꝫ habebit: ⁊ letā: erit tribezatoꝛ ⁊ ala
cer bone cōpoſitiōis: ⁊ foꝛtune: ioculatoꝝ ama
toꝛ: cito capietur amoꝛe: vir in oībus ſuis rebus
ad luxuriā īhibitā cito mouebitur ⁊ ad peccan
dū in ea: tn̄ foꝛtunatꝰ in oībus ſuis factis: qd̄ vo
luerit adimplebit: ſcīatꝰ ſapiēs: i cuſtodiēdo ſe:
a verecūdia hominū foꝛtiter depꝛehēſoꝛ: bone
diſcretionis: ſocietatem diliget puerorū tā viro
rum q̄ꝫ mulierū: cito iraſcet̄: ⁊ erit zelotipꝰ. Et
ſi pl'ta fuerit decōuerſo: natus erit audax: luxuri
oſus: ⁊ verecūdus i co hoīum: dedignoſus ſta
tuū: diuerſoꝝ: dehoneſtatoꝛ: mēdax: falſus i fi
delis: inimicuꝫ decipiet: ⁊ amicū: ad vitia coꝛpo
ris cito mouebit̄: ⁊ ipm̄ cito tedebit: extractoꝛ
mulieꝝ: virginū: ⁊ nuptaꝝ amoꝛabilis: trauaio
ſus: ſiue laboꝛioſus: proditoꝛ: interfectoꝛ: i ſuis
ſacramētis piurus: cito falſabit ea: pro eīs autē
frontabit̄ mali ſenſus: ⁊ qn̄q̄ꝫ ſe diliget afayta
re malo et turpi mō: leuis et ſtultus erit.

¶ Totum hoc deīn declaratū eſt ꝑ id qd̄ trāſiuit nihilomi
nꝰ volumꝰ ī hꝫ paꝝ gloſare. vt accipiamꝰ exemplū ī eo qd̄ ac
ciderit de capl'o iſto tibi. Dicimꝰ eni ī eo qd̄ dicit vir in oībꝰ
ſuis rebus cito mouebitur ad luxurias īhibitas: ⁊ ad peccā
dum in eis: tn̄ ſciet ſe cū verecundia cuſtodire: totum hoc
erit veritas ſi concoꝛdauerīt ſecū he regule quas ante dixi
mus i ꝓncipio huiꝰ capl'i: tn̄ ſi diſcoꝛdauerit vel iuppiter cū
hoc teſtificabit̄ he res quas narrault non erūt fcē ſꝫ potētia
ī aīa nati: q2 patus erit ad illas ſed eas nō faciet: ſed ad opꝰ
rōducet: ⁊ ī aliȷs manerieb9 itelligas iſto modo.

¶ Qd̄ ſi mercurio mars aſſimiletur et cōmenda
bilis qualitatis exiſtat: erit natus cōductoꝛ: exer
cituū rectoꝛ: feſtini motꝰ: potēs: amans: ſapiēs:
laboꝛioſus: cogitatoꝛ: verſutus: ꝓditoꝛ: iſtabil':
a ſtutus: maloꝝ operum: leuis itellectus: dece
ptoꝛ: ipocrita: verſipellis: cōtumax: grandis iq̄ſi
toꝛ: rixarū amatoꝛ: eiq̄ꝫ tn̄ inde bene continget:
ſuos ſimiles diliget: et eos bene recipiet: gn̄al'r
quoq̄ꝫ nocebit inimicis: ⁊ ſuos iuuabit amicos.
ſi ꝟo fuerit i ꝑdicti cōtrariū: natꝰ erit deſtructoꝛ:
iobediēs: fatuꝰ: et d̄ceptoꝛ: penitēs: ioꝛdiati mo
tꝰ mēdax: latro deū ignoꝛabit: falſo iurabit: ver
ſutus: homo cōtrarietatis: ſapiens: hypocrita
māifeſte neq̄ꝫ: blaſphematoꝛ: viaꝝ abſciſoꝛ: pa
rietū trāſfoſſoꝛ: interfectoꝛ: p̄cātatoꝛ: proditoꝛ:
nigromanticus: ac homicida.

¶ Et ſi hic planeta ꝯcoꝛs fuerit cū mercurio exn̄
do i bono ſtatu: natꝰ erit alioꝝ gubernatoꝛ: ma
gni ſēſus uāl'is abſtinētie bone: agilis: nois ho
noꝛati: ſapiēs: ml'tarū diuerſaꝝ reꝝ amatoꝛ: tra
baiatoꝛ: curialis bn̄ doctꝰ: bn̄ rōcinatꝰ: ai decep
tuoſus: cū duabꝰ faciebꝰ: iſtabilis: falſus: ml'toꝝ
artificioꝝ ſapiēs ⁊ maloꝝ opeꝝ: mutabit̄ ad ꝓdi
tionē: male ſecte: male credulitatis: inq̄ſitoꝛ ⁊
petitoꝛ reꝝ: diliget rixas: erit foꝛtūatꝰ i toto: bo
ne amicitie aſſimilātibꝰ ſibi ⁊ eis receptōis hōe.
⁊ erit gn̄aliter ſuis nociuꝰ inimicis ⁊ ꝓfectuoſus
amicis. Et ſi plāeta fuerit d̄ cōuerſo erit rixatoꝛ
iobediēs: magne credulitatis: falſus: audax: ci
to penitebit eū: ſtultꝰ: laboꝛioſus i oībus ſuis re
bus: mēdax: latro: deū nō cognoſcet: ī falſitate
iurabit: teſtimoniū falſuꝫ ꝯfirmabit: delectabit̄
ī oī malo: cognitꝰ ⁊ noīatus ꝓ malo: dehoneſta
toꝛ ⁊ inſidiatoꝛ itineruꝫ: acceſſoꝛ ꝑ multa deſer
ta: hoīes iterficiet: malo mō ferizatoꝛ: deceptoꝛ
ſemꝑ erit inſidus ꝑꝑ homicidia q̄ cōmittet

¶ Inſpice ad ſtatuꝫ mercurȷ qn̄ cum marte participat: vt
mars cū eo qual'r compl'o trahit ad oēm acuitatem ſi con
coꝛdātia bona erit et ambo fuerint ī bono ſtatu operabun
tur ī anima nati moꝛes firmos. Et q harum rerum erit in
nato propꝛium eſt id cum quo ſe pꝛime regule cōcoꝛdaue
rint ſm̄ veritatem vincentem.

¶ Cunq̄ꝫ venus ſola fuerit dn̄a diſpōnis aīe: q̄
litatiſq̄ꝫ laudabilis extiterit: erit natꝰ iuſtꝰ ⁊ quie
tus: multarū delitiaruꝫ: ſenſatꝰ: hō deliberatōis
amās ſaltatōes: valde zelotipꝰ: i pietates abhoꝛ
rebit: amabit magiſteria: ⁊ deſi multū verebit̄
etiā erit pulchꝛe foꝛme: bone qualitatis: ⁊ bo-
noꝝ ſomnioꝝ: amabilis: pius: bn̄ficus: ꝓſpera
bit̄: ⁊ gn̄aliter ſubſuiet veneri. Et ſi eadē ſtella
i coꝝ q̄ ꝑdiximꝰ ꝯtrariū fuerit: natꝰ erit piger: ꝓ
cus: effeminatꝰ: eiꝰ ēt q̄litates mlieꝝ q̄litatibꝰ aſſi
milabuntur: erit nullius animoſitatis: nulliuſq̄ꝫ

notitie: nominis i firmi ꝛ q̄ leuiter ad lapidē pedes ſuos offendet. At ſi mercurius aſſimilet: ꝛ idōee q̄litatis fuerit: nat⁹ amabit magiſteria: ꝛ ſciās: doct⁹ erit: ꝛ acuti i geniȷ: v̄ſificator: muſicā amabit ꝛ oē cōmēdabile: erit ēt apte qualitatis aīe: homo delitiarum ꝛ getis: alacer: ſuos amicos diliget: eritq̧ bone legis intelligēs: equorū amator: erit boni ēt ingeniȷ ꝛ bone extimatiōis: recteq̧ calle ꝓcedet: libenter adiſcet: a ſemetipo meliorabit̄ i diſcēdo: bonoꝝ ac proborū mores hoīum imitabitur: iuſtiſq̧ viris aſſimilabitur: aptus in loquēdo: i verbis alacer: erit ēt amabilis: tēperate qualitatis aīe: equ⁹ defēſor: cognitor: magnanim⁹: poſtponet mulieres: cuȝ pueris aget: eritq̧ zelotip⁹. Qȝ ſi in iſti⁹ cōtrariū fuerit: nat⁹ erit verſut⁹: ꝛ multe aſtutie: maledic⁹: faciei duplicis: biliguis: mali cōſiliȷ: deceptor: mēdax: ꝑturbator: falſus: imunda faciet: ꝓfūde malus i conſiliādo ꝓditor: nec amabit nec amabit̄: decipiet mulieres: ꝛ deſtituet pueros: erit hō malorū operū: culpans ꝛ vituperās alios: oīa querens facere: ſȝ q̄nq̧ ad bonum nōnūq̄ ad malū plͥrima tp̄a perpetrabit: ꝛ in multis ac diuerſis rebus culpabitur.

¶ Et q̄n venus ſola fuerit aīe gubernatrix exn̄s in bono ſtatu erit nat⁹ māſuet⁹ bn̄ credēs i lege ſua delectabil: alacer lympidus ſine aliqua ruſticitate: bone cogitatiōis: amator pſallēdi: mltū zelotipus: oē malū odiet: ꝛ oēm rixā: miniſteriorum amator: deū diliget ꝛ mādata: ꝛ erit bone figure: bona ꝛ certa videbit ſōnia: ab oīb⁹ faciet ſe amari: factor boni: pictoſus: fortunat⁹ i toto: ꝛ gn̄alr̄ ſe ad res luxurie dabit. Et ſi hic plͥta fuerit ꝺ cōuerſo erit natus piger: amorat⁹: femineus i ſuo amore: oēs ſui modi aſſilabūt̄ modis mulierū: nō erit i eo agilitas nec diſcretio: dehoneſtatus erit ꝛ vilis: male fame: mutabit̄ oībus rebus. Et ſi hic plͥta cū mercurio cōcors fuerit: exiſtendo i bono ſtatu nat⁹ erit amator miſterioꝝ ꝛ ſciāꝝ: ſapiēs: itelligēs: iuētor: verſificator: diliget muſicā ꝛ oē bonū ꝛ oēm rem publicaȝ: erit bone voluntatis: alacer: delectabilis: let⁹: ſuos amabit amicos: bon⁹ erit i lege ſua: bone cogitatiōis ꝛ intellect⁹: direct⁹ i oībus rebus ſuis: diliget adiſcere: ꝛ adiſcet p ſe mlta: aſſociabitur ꝛ reget̄ p bonos hoīes: ꝛ cōpletos i bono: hōe rōcinationis: dilectus ab oīb⁹: ꝑpat⁹ in oīb⁹ ſuis modis: i toto bonus ꝛ diſcretiōis bone: mori diliget ꝛ guerator p deo: magni cordis: magis cū pueris q̄ cuȝ mulierib⁹ amabit iacere: zelotip⁹ erit mltū. Et ſi hic plͥta fuerit de cōuerſo erit falſus: ꝛ de malis reuolutis: ruſtic⁹ verborū facierū ꝛ linguarū duaꝝ: murmurator male facti: deceptor: diſturbator: mēdax: meſculator: iurator i falſo: malus i cooptor: i oī malo ſine amore aliquo: nullū habebit amicum: mulierū deceptor iacendo cum pueris aſſaytabit ſe multum: ꝛ de hominibus male dicet: ꝛ ad mala exempla trahet eos: ꝛ pōt eē q̄ facere voluerit res iſtas i retentione male faciendi: ꝛ vt aliquis ponat i opiniōe ſua ꝛ dānet eos ꝛ pōt eē q̄ eas faciet p ſe: ꝛ erit de hōeſtatus in maneriebus diuerſis.

¶ Nominauit concordantias veneris ꝛ mercuriȷ i caplͦo veneris ꝛ nō nominauit cōcordantiā ſuā cum aliȷs plͥtis: q̄ſi id dixit i caplͦo cuiuſlibȝ plͥtaꝝ: vn̄ accipies ab inde.

¶ Mercurius aūt cum ſolis fuerit diſpoſitiōis dominus anime ꝛ qualitatis idonee: erit natus boni intellectus: acuti ingeniȷ: rerum antiquarū relator: eritque multarum probitatum et experimentorum: dialeticus: rerum nature prelocutor: ſcientiarum inueſtigator: beneficus: deliberator: bone exiſtimationis: doctus i quadriuio: creditoꝝ occultator: ꝛ valde pſperabit̄. Si aūt in p̄dicti ꝯtrariū extiterit: erit nat⁹ deceptor ꝛ vilis: alios errare faciet: ſm̄ ſuū conſiliū ꝓcedet: leuis: feſtini mot⁹: leuiter cōuertet̄: ſan⁹: ignorās: magne fallacie: mendax: iordinate q̄litatis: inſtabilis: infidelis: inobediens ꝺ nō: faciet iniuſtitiā: generaliter aūt multe erit fallacie.

¶ Et ſi mercuri⁹ ſolus aīe fuerit gubernator exiſtēs i bono ſtatu: erit nat⁹ itelligēs boni ſenſus: narrator mltorū geſtuū ꝛ euētuū: deceptuoſus: ſapiens in mercimoniȷs: loycus: ſapiēs in naturis: acutus: doctor: factor boni hoīb⁹: bone cogitationis: bone conſiderationis: ſciētiaruȝ quadriuialiū ſapiēs: tenens ſecreta: fortunatus i reb⁹ ſuis. Et ſi hic plͥta fuerit ꝺ ꝯuerſo: erit falſus tedioſus: vanus v̄bo: ſophyſticus ſuo reget̄ cōſilio: leuis: mobilis in rebus: ꝛ cito redibit: ſtultus: neſcius: erroris multi: i toto mendax: laborioſus: ſine fidelitate ꝛ firmitate: inobediēs: tortuoſus ꝛ generalr̄ mltum ꝛ minutiȝ errabit.

¶ Quādo volueris intelligere q̄ſta narrauit ꝑ hō. opera ꝑtinētia ad quēlibȝ plānetaꝝ q̄n ipe ſol⁹ fuerit gubernator loci mercuriȷ ꝛ lune: aut participabit i gubernādo cū alio: aſpice i eo qō gloſauim⁹ ꝺ ſaturno: ꝛ addas id cū reb⁹ aliis quas tibi docuim⁹ i quolȝ plͥtaꝝ. ꝛ q̄n hoc feceris itelliges clare oīa dicta ꝑ hō. Et poſtq̄ ſcire poſſum⁹ factū aīe ꝑ res q̄nq̧: quaꝝ vna ē nā ſignoꝝ in q̄bus ſtāt mercuri⁹ ꝛ luna: ꝛ in q̄b⁹ ſtant plͥte gubernatores. 2ª ē ꝑticipatio quā habȝ mercuri⁹ cū luna. 3ª eſt nā plͥtaꝝ gubernatoꝝ. 4ª ē ꝑticipatio quā hn̄t plͥte i gubernamēto. 5ª eſt ſitus eoꝝ: ſȝ mūdū. i. ſm̄ natiuitatē. ꝛ nos patefecim⁹ quālibȝ haruȝ rerum p ſe. ꝛ ꝓpter hoc patefactum eſt totum iudiciū anime demonſtratione completa. Et quia id totum quod ante dixim⁹ eſt acceptum a quinq̧ planetis: conuenit q̄ det in hoc loco id quod ſignificet luna ꝛ ſol quando tenet q̄ luna ꝛ ſol dant ſignificationem ſolis generalem que eſt cuilibet

eẽtie nãlis: ſicͤ patefecim⁹ in gloſis caplm iſtud precedentibus. Et pp hoc dicit in hoc loco ab hinc in antea: qꝛ vtrũ qꝫ lũinare dat pl'tis gubernatoribus adiutoriũ ſolũmodo: ⁊ hoc eſt qđ dicit in hac rõne.

¶ Et cuꝫ hec ita ſint: nobis tantũ ſcire conuenit ꝙ lune qualitas hec que prediximus vt cũqꝫ iuuabit: nam cũ fuerit in locis anceᷓ ſ: finis ſeptentrionalis ⁊ meridici: variationes qualitatũ anime iuuabit: ⁊ eas ſubito faciet alterare.

¶ Et poſtq̄ꝫ ita ē ꝯuenit vt ſciam⁹ ꝙ ſtatus lune dat his que diximus aliquid adiutorij: ⁊ quando fuerit ĩ loco mot⁹ a pte meridiana ⁊ ſeptentrionali adiuuat in mutãdo mores anime ad mouendum ſe cito.

¶ Et qꝛ luna applicat ad finẽ ſue latitudinis ĩclinat ad partẽ zodiaci cõuenit ꝙ habeat iſte ſtatus mores concordantes cũ eo: ⁊ hec eſt mutatio voluntatis .ſ. mutãdo ſe cito de vno in aliud.

¶ Si autem in aliquo duorum modoruꝫ extiterit acuitates qualitatuꝫ anime iuuabit: ⁊ vt ip̄e feſtinanter operetur efficiet.

¶ Et quãdo fuerit in duob⁹ nodis ĩ acuitate volũtatis adiuuat: ⁊ ad tranſeũduꝫ per oĩa facta cito: ⁊ vt ſit motus feſtini.

¶ Qñ luna fuerit in duobus nodis eſt in ip̄o zodiaco vie ſolis: ⁊ ē mãifeſtũ ꝙ ñ remanet ĩ hoc loco qꝛ mutaᷓ de zodiaco ad partẽ meridiei vel ſeptẽtrionis: ⁊ ꝓpter hoc cõuenit vt habeat iſte ſtatus maneries cõcordantes cum eo: ⁊ hoc eſt acuitas motus feſtinus ⁊ cito intrare ad facta.

¶ Item cum luna fuerit aſcendens aucta lumie ſignificationes augmentabit: ⁊ erũt apertiores necnon magis neceſſarie.

¶ Simil'r ſi luna fuerit aſcendens ⁊ aucta lũine adiuuat in augendo res iſtas ⁊ in magis apparendo ⁊ vt plus ſciatur.

¶ Uult dicere ꝙ qñ luna fuerit aſcẽdens ⁊ aucta lũine: adiuuat ĩ augendo luie ⁊ maneries antedictas ⁊ vt ſint fortiores ⁊ magis ſcite.

¶ At ſi minuta lumine vel ſub radijs ſolis extiterit: eas faciet magis eẽ abſconſas ⁊ nõ vt ita fortiter contingat: operabitur.

¶ Et ſi fuerit lũine diminuta vl' ſub radijs abſcõdita: adiuuãt vt ſint õbiliores ⁊ feſſiores ac lapſe.

¶ Uult dicere ꝙ qñ luna fuerit aſcẽdẽs minuta lũine aut ſub radijs vl' ſub terra abſcõdita adiuuat aĩaꝫ vt ſit neſcia flacca .i. lenta debilis: ⁊ feſſa. Et manifeſtuꝫ eſt ꝙ narrauit contrarias ſtatus lune: ⁊ vnũ cõtrariũ ē qñ fuerit ĩ fine ſue latitudinis: aliud qñ nullaꝫ habuerit latitudinẽ: reliq̃ duo contraria ſũt qñ fuerit aſcẽdẽs vl' appẽs ſup terrã oriental' Et aliud ſuũ oppoſitũ qñ fuerit occidẽtalis: vl' coopta ſub terra ſuffecit enĩ ꝙ dixit aſcẽdẽs vl' ſub radijs ⁊ non curauit dicere ſup terram vl' ſub terra aut occidẽtal': qꝛ bene intelligitur ab eo ꝙ dixit: ⁊ ita cõuenit vt intelligas illa duo contrario ſunt augmentatio ⁊ minutio ſue lucis. Et ꝙ dicit qñ fuerit a radijs coopta: põt intelligi id qđ ſignificabit luna qñ fuerit cõpleta lumine. ⁊ poſtq̄ꝫ ita ē: cõuenit vt qñ lunam inueneris in quolibet iſtorum ſtatuũ cõtrarioꝝ oppoſitoꝝ cõmiſceas ſignificationẽ duoruꝫ capitũ.

¶ Iuuat etiam vtcũqꝫ in his que predicta ſunt: ſol ita cũ ſtellis q̄ diſpoſitioni anime dominanᷓ ſimilis extiſtat. nam cũ eis aſſimulaᷓ ſi eius qualitas cõmendatur: erunt anime qualitates magis directe ⁊ ip̄e remotior ab obliquo: necnon potentior ⁊ largior atqꝫ fidelior legiſqꝫ melioris.

¶ Sol etiam dat aliquid iuuaminis ĩ reb⁹ quas diximus quando ſe concordauerit cum planeta gubernatore facti aĩe: ita ꝙ quando cõcordauerit ſe cum eo exiſtendo in bono ſtatu erunt mores nati magis directi accordati ⁊ temperati ac nobiliores ⁊ honeſtiores ⁊ magis ſine ſupbia

¶ Docet nos ꝑ hoc dictũ ꝙ ſol ⁊ luna tũc adiuuãt qñ fuerint accordati cũ pl'ta gubernatore aĩe: ⁊ ꝙ ſol fuerit accordatus cũ pl'ta exñte ĩ bono ſtatu: adiuuat ĩ motibus vt ſint temperati ⁊ directi: ⁊ ab oĩ malitia denudati ⁊ elõgati.

¶ Cum autem ſol in predicti contrarium fuerit nec ſtelle aſſimiletur: erunt anime qualitates deteriores: ipſeqꝫ miſerior ac infimus: maioriſqꝫ laboris in ſui ipſius cõſilio magis permanebit: ſtultus erit ⁊ grauioris volũtatis: gñaliter etiã ad meliorandum difficilis.

¶ Et ſi res fuerit de conuerſo: ⁊ ſol non habuerit concordantiam cũ planeta: erunt mores anime viliores ac debiliores: ⁊ ſeparatim in ſua voluntate ac modo ⁊ duriores prioris volũtatis: generaliter multuꝫ fortes: ⁊ mali ꝑ dirigendo.

¶ Uult dicere ꝙ qñ planeta fuerit in malo ſtatu ⁊ ſol concordauerit ſe cũ eo: ſignificabit mores viliores: ⁊ ꝗeꝗd aliõ oñdit ⁊ docuit nos ꝑ hoc dictũ: ꝙ ſi ſol cõcordauerit cum pl'ta gubernatore lꝫ ſit ĩ tali ſtatu malo minuet aliq̄d õ malicia moꝝ tãtũ q̄ꝫtũ fuerit ꝯcordãtia ip̄a. Et iã oñdimus ꝙ ꝯcordãtia ē ꝙ ſit ĩter eos aſpect⁹ bon⁹: ſicut de trino: vl' ꝙ ſit vtrul receptio inter eos aut nãe vel ſi'liuꝫ. ¶ Et volum⁹ adhuc tibi oſtendere ĩ hoc loco ſũmã toti⁹ regule per quaꝫ iudicabis ĩ natiuitate ſtatũ aĩe: ⁊ oẽs cuiuſlꝫ nati circa natiuitatẽ ſciueris. hoc ē qñ aptaueris .iz. domos ⁊ direxeris pl'tas: aſpice ad mercuriũ ⁊ ad lunã. ⁊ ſi fuerit in ſignis cõcordãtib⁹ ſcribes apte mores quos ſignificabũt eadẽ ſigna. Et ſi fuerit ĩ ſignis ſolitarijs diſcordãtib⁹ ſcribes apte qđ ſignificat qđlibꝫ hoꝝ: ⁊ facies notaꝫ ſup mores ſigni mercurij rõnales: ⁊ ſup mores ſigni lune irrõnales. ⁊ aſpicies planetã diſpoſitorẽ cuiuſlꝫ hoꝝ duoꝝ. Et ſi amborũ diſpoſitõ fuerit vn⁹ pl'ta: ille ſol⁹ erit quẽ petem⁹. Et ſi hũerit ſinglos diſpoſitores diuerſos ſcribes apte cuiuſlꝫ modi mores ꝗ ꝑtinẽt ad quẽlꝫ diſpoſitorẽ. ⁊ ſi iueneris ꝙ aliq̄s eoꝝ hũerit plus vno diſpoſitore: accipies illũ eoꝝ ꝗ hũerit maiorem fortitudinẽ ⁊ pl'es dignitates in loco ſuo. Et qñ ſciueris ꝗs ſit diſpoſitor: aſpice ad ſitũ ei⁹ ſꝫm mũdũ ⁊ ſꝫm angulos: et ſꝫm ſolẽ: ⁊ ſcribes mores quos ſignificat q̄libꝫ hoꝝ ſtatuũ ⁊ poſtmodũ ſcribes mores: quos ſignificat ip̄emet pl'ta eo exñte ĩ bono ſtatu. ſil'r ſcribes mores quos ſignificat ſi fuerit ĩ malo ſtatu: ⁊ ſi ĩ ſtatu fuerit mediano: aſpicies id quod ſignificat idẽ median⁹ ſtat⁹: ⁊ qđ ſignificãt figure pl'taꝝ et qđ ſignificat ſigͫ ĩ quo ē. ſil'r ſcribes aperte: et ſi cum illo cõcordauerit alter pl'ta vel plus vno: ſcribes id qđ iuenies cõcordari cũ quolibꝫ eoꝝ. Et qñ hoc feceris appones mentem ĩ notis omnib⁹ quas ſcripſiſti: ⁊ ꝗ mores ꝯcordãt ĩ vnũ ⁊ ſcribes apte rõnales ⁊ irrõnales ĩ alia. ⁊ poſtea mẽteꝫ appones ad ꝯparatõeꝫ vni⁹ cũ altera: ⁊ qđ inueneris ꝯcordari

accipies τ iudicabis p illos: τ ibis q̄ nõ cõcordabũt appões mẽtẽ q̄ magis ꝯuenient corpis cõplõni: τ id accipies τ abycies id qđ nõ cõcordat cũ eo: τ qñ hoc feceris adiũges id qđ accepiſti in oĩbus in qbus adiuuat sol τ luna: τ ꝙ inde exiuerit erunt mores nati quos petis: et ꝙ ex his remanſerint ipariet cõplexio corporis tibi demonſtrabit: verũ nõ non apparebũt in eo: neqꝫ operabit per eos: τ tu opari poteris p hãc reglam qñ intellexeris qcqd diximus i alijs gloſis

❡ In impedimentis anime. Capi. XIII

Dixit Haly. Homo itellectus magni mirat̃ de ptholo. qñ dixit in caplo ſecũdo huius tractatus de facto corporis nati τ de peſtilentijs τ ifirmitatibus accidẽtibus i eodẽ τ dixit i hoc caplo peſtilẽtias aſcẽdentes i aia ſolũmodo τ nõ dixit ifirmitates: qm̃ ifirmitates aĩe cito recedũt τ nõ durant cũ moribus qz hõ hꝫ cũ quo ſe cõponit: τ cũ hoc dicte ſũt ifirmitates q̄ nõ moribus opponunt̃: τ ligantur cuꝫ eis peſtilentie ſolũmodo.

Quoniam impedimentoruꝫ anime propriorũ elocutiones narrationẽ proprietatum eiuſdem: vtcũqꝫ ſequuti ſumus: in ipſorũ notitiam mercuriales ac lunares qualitates adinicẽ τ eorum ad angulos atqꝫ infortũatrices ſtellas nobis gñalr̃ τ ſcire τ obſeruare conuenit.

❡ Et qz iudicium peſtilentiarum propriarũ aĩe: ſequitur iudicium proprietatũ ſuarum conuenit vt generaliter inſpiciamꝰ pro ſciendo hanc reꝫ a ſtatu mercurij τ lune: qualiter ſe habet vnus cum alio: τ quomodo ſtant ꝟm angulos τ planetas infortunantes.

❡ Gñalis reglã in ſciendo aĩe peſtilentias ẽ iſpicere ad ſtatum mercurij τ lune quõ ſe hꝫ vnus reſpectu alterius τ q̄lr̃ ter exiſtũt reſpectu angulorum τ pl̃tarũ infortunarum.

❡ Nam cũ luna τ mercuriꝰ adinuicem non colligantur: vel cum qualibet ſtellarũ quarũ qualitates impediunt in orientali orizonte: ſuper eos ẽleuetur: aut eos circũdet: vel in eorũ oppoſitione maneant multorũ impedimenta modorum aĩe qualitatibꝰ aduenire ſignificabũt.

❡ Et ſi mercurius τ luna non aſpexerint vnꝰ cũ alio: τ eleuatꝰ fuerit ſuper eos in orizonta orientis vel circũdet aut ſit in eorũ oppoſitione pl̃ta aliquis infortũa diſcordatꝰ: accident in proprietatibꝰ anime peſtilẽtie mixte multarũ maneriarum.

❡ Vult dicere ꝙ qñ mercurius τ luna fuerint diſcordati τ aſpectus non fuerit inter vnũ τ alium ſignificabit ꝙ due partes aĩe non cõcordãt vna cum alia: τ ꝓpter hoc accidẽt ei peſtilẽtie magne. Simil'r ſi ſe aſpexerit vnus cum alio: τ eleuati fuerint ſup eos pl̃te infortune nõ hñtes dñiũ i gubernamento ſuo: qz ſunt i angul'r vl' qz circũdant eos: aut qz ſunt i eorum oppoſito ſignificabit qz accidẽt aĩe ſimilr̃ peſtilentie magne. Et qñ peſtilentie accidentes aĩe diuerſe fuerint: maꝰ eſt ꝙ erũt multorum modoruꝫ: τ ptholemeus docet nos regulam per quam ſcire poſſumus vnãquanqꝫ earuꝫ in eo qđ dicet.

❡ Hoc qdem ex predictis proprijs qualitatibus ſtellarũ q̄ locis aſſimilant̃: cognoſcere τ explanare ſatis apte poterimꝰ. Nos aũt in his q̄ i demõſtrando ꝓprietates aĩe premiſimꝰ: plĩrima impedimẽta ex ipedimẽtis debilioribꝰ aĩe: vtcũqꝫ iterũ explanauimꝰ τ fortaſſis eaꝝ augmẽtationes ac fortitudies ex ſupabũdantia operũ ſtellarũ infortunãtiũ dephẽdemꝰ: ꝓpterea ꝙ ſigs aĩe q̄litates coerceri nequnt ipedimẽta nũc pa uerit: ſiue itẽdant̃ ſiue remittant̃ circa qualitatem temperatã: eas bene: τ ꝓprie noiabit.

❡ Cognitio hꝰ rei τ diſtictio eiꝰ erit a ſtatibꝰ ꝓprijs quos diximꝰ de pl̃tis ꝯcordãtibꝰ cũ locis. Silr̃ iã diximus i eo ꝙ trãſiuit peſtilẽtias debiles aĩe: τ poſſumꝰ ſcire fortitudinẽ τ augmẽtuꝫ ſuũ a magnis opibꝰ pl̃taꝝ ifortũaꝝ ſic hõ q dicit de vitijs nõ hñtibus abſtinẽtiã ꝙ ſint peſtilẽtie: dicet verũ ſicut minus vl' magis mediocribus.

❡ Hec eſt regula generalis qua ſcire poſſumus vnãquãqꝫ rẽ ex his q̄ ſũt peſtilẽtia aĩe. nã vl't i eo qđ dixit ſtatꝰ ꝓpriꝰ ꝙ itelligamꝰ de pl̃tis cõcordãtibꝰ cũ locis ꝓpter ſtatꝰ planetarum gubernãtiũ loca mercurij τ lune: Et addidit nobis hoc ſtatꝰ pl̃tarũ ifortũaꝝ q erũt ſuoꝝ pl̃tarũ: τ loci mercurij τ lune: τ poſuit tibi i mẽte vicia q̄ dixit i caplo añ iſtõ ea q̄ accidẽt pp malos ſtatꝰ pl̃taꝝ: τ qñ id iuenerimꝰ: τ voluerimꝰ ſcire q̄titatem augmẽti ipſoꝝ viciorũ de mõ ꝙ ſe faciũt peſtilentias poſſumus hoc ſcire ꝓpter magnas vĩutes planetaꝝ infortunaꝝ. Poſt hoc aũt diuiſit peſtilẽtias i duas partes. vna eſt mores q ſũt ſine abſtinẽtia τ mutant̃ d vna manerie vicij in aliã. τ ꝙ talia vicia ſũt iſta: lꝫ ſint minꝰ mediocribus peſtilentie: ſunt alia vicia que ſunt magis mediocribus. tamẽ mores mediocres ſũt virtutes ſatis. Et quelibet virtus hꝫ in ſuis extremitatibꝰ duo vicia. vnum ẽ minus ea. aliud tranſit magis τ ſuperat. vbi grã. patiẽtiã ẽ virtus τ in homine dehoneſtationem patiente ꝙ ſuum auferatur ei: eſt cordis debilitas: et malus mos. Silr̃ ſuperbia mediocre. et eſt vnum malũ ex fortium. ſimiliter ẽ virtus et ꝯcordia eſt minor eo: τ eſt vicium malum τ ſtultitia tranſit hoc: τ eſt mos malus. in libris autem morũ demõſtrãt philoſophi totum iſtud.

❡ Illud autem quod minus ſuperabundat τ velut infirmitas eſt: τ qđ omnino naturam excedit ac in parte intellectus anime ſit: τ in parte recipiente ipreſſionẽ ſicut dicam dephendetur.

❡ Et de illo qui fuerit fortitudinis magne: τ fuerit ꝟm infirmitatem τ res extra naturam. i. adõcado: accidit in hoc in parte rationali anime τ i parte recipiente operaꝫ: poterimꝰ ſcire hac manerie quam dicere volumus.

❡ Quando dixit de eo qui fuerit magne fortitudinis: dixit ꝓpter vicia mali ſi fuerint ſuprema. Et quod dixit ꝟm ifirmitatem: dixit ꝓpter vicium ſi fuerit malum: τ forte ꝙ ſit ꝟm infirmitatem corporis. Et quod dixit res extra naturã: adoncado: dixit ꝙ ſeparatus eſt a natura gubernante corpus. Et quod dixit: et accidit hoc in parte rationali anime. τ in ea que recipit opera. vult dicere ꝙ cum iſtis ſtatibus: impedit rationalem hominis: et partem que non eſt rationalis. τ ꝓpter hoc dicit ad partem que recipit operam: qz pars rationalis non recipit de mutatõe in ſe: ſicut dixerũt phi: qm̃ pars recipiens mutationeꝫ ẽ ps aĩal: qz opus rationalis non mutatur ꝟm ſua artificia corporalia: cum ipſa i ſe nõ recipiat mutationem ſicut philoſophi ondũt. Et nos ſimiliter oſtendimus i tractatibꝰ quos cõpoſuimus d nã.

❡ Epilentie itaqꝫ ſunt frequentiꝰ hi in quorum

natiuitatibus luna ⁊ mercurius: nec adinuicem velud prediximus: nec cū orientali orizonte colligantur: ⁊ cum hoc etiam in earum diurnis natiuitatibus ſaturnus: i nocturnis vero mars fuerit in angulis: ita tñ ꝙ ipſe huic qualitati dñetur.

¶ Itaqȝ epilentici pro maiori parte ſunt qui non habent i ſuis natiuitatibus lunā in aſpectu mercurij ſicut diximus nec vnus cum alio nec aliqs eorum cum orizonta orientis. ⁊ cum hoc ꝙ ſit ſaturnus in aliquo angulorū de die ⁊ mars de nocte ⁊ ꝙ ſit dñs huius ſtat⁹.

¶ Epilepſia eſt colambrium vnū capiens totum corpus ad horā ⁊ ſtatim deſtruit: ⁊ eoꝝ eſt ꝙ capit ad temp⁹ cognitū. ⁊ ē eoꝝ ꝙ oī hora qñ accidit. ⁊ eoꝝ qḋ capit totā vitā hoīs. ⁊ eoꝝ qḋ accidit poſtqȝ natus trāſiuerit annis mltis ⁊ eoꝝ ē vnū qḋ liberari pōt: ⁊ vnū qḋ non pōt. Et ego vidi oēs has maneries multa vice ⁊ ſūt in phyca demonſtrate. Res aūt huic infirmitati ꝓpinqua ſm opinionē Ariſt. ē ſum⁹ itrās ventriculos cerebri: ⁊ ſm Galienū ē fumus q ſe eleuat de aliquo mēbro ſicut narrauim⁹ de fumo i puero q ſe eleuabat de ſtomacho frigido ad ſuū cerebrū: ⁊ ē alia maneries q̄ eſt ꝓp infirmitatem: ⁊ demonſtratū eſt hoc totum ꝙ ſint accñtia ⁊ cōtingētia in cerebro q̄ opa ſpūalia īpediūt: ⁊ cuȝ hoc oñſū eſt ꝙ infirmitas q̄ accidit corpori ⁊ maneries harum quā dixit ptho. in hoc loco ē que durat tota vita hoīs: nec pōt mō aliquo liberari ⁊ ipſe locutus ē de hac manerie eplīe pro eo ꝙ qñ ſciuerim⁹ q̄ figure pltaꝝ faciunt rē talē ⁊ poſtea videbim⁹ rē aliā huic ſilem: ſciemus ēt ꝙ accidet alia maneries eplīe: tñ id qḋ narrauit ptho. i h̄ loco ē magis qḋ eē pōt. Et cōuenit ꝙ intelligam⁹ ꝙ ipſe ſciebat id quod eēt minus iſto: vt figura quā dixit. eſt Mercurius ⁊ luna ſi ſe non aſpiciūt vnus. ſ. cum alio nec aliquis eoꝝ cum aſcēdente: ⁊ ꝙ ſaturnus ſit de die i aliquo anglo͛ꝝ: ⁊ ꝙ ipediat locū mercurij aut lune: vl̄ ambo ī vno. Et mars ſilr ꝙ ſit ď nocte in aliquo anglo͛ꝝ: ⁊ ꝙ ſilr loca impediat ſupradicta. Nam talis figura qualis iſta eſt faciet eplīam ſp durabilē: nec hō pōt liberari ab ea. Et ſi forte inuenerim⁹ ꝙ mercurius non aſpiciat ſe cū luna: tñ vnus eoꝝ aſpiciat aſcendēs plīa infortuna in aliquo angulo exñte: talis figura ſilr facit eplīam: ſed non tam fortem vt alia ſupradicta: ⁊ ſȝ hoc exē plū in alijs maneriēb⁹ ſupdictis iudicabis.

¶ Inſani vero ſunt hi in quibus hoc erit in eoꝝ contrarium que prediximus. ideſt qualitatis dominus ſit in nocte ſaturn⁹: in die vero mars: maxime autem cum in cancro vel in virgine ſeu piſcibus fuerit.

¶ Stulti autem hōmines feſtinoſi ferientes ſūt quorum res iſta in eorum natiuitatibus fuerit de conuerſo eius qḋ diximus cum illo eodē ſtatu quē narrauim⁹: eo ꝙ ſit ſaturnus ď nocte dominus ſtatus ⁊ mars de die: ⁊ maxime ꝙ ſit in cancro aut i virgine aut piſcib⁹.

¶ Qḋ dixit cū illo ſtatu quē diximus. vl̄t dicere ꝙ mercurius ⁊ luna ſint diſcordes ſine vllo aſpectu nec eoꝝ aliqs cū aſcendente ⁊ totū aliud qḋ dicit manifeſtū eſt qñ iuenerís ſtatū mercurij cū luna de hac manerie: ⁊ accidit cum h̄ ꝙ ſit mars in aliquo anglo͛rū i natiuitate diurna: aut ꝙ ſaturn⁹ i nocturna: ſcies ꝙ natus ille ſtultus erit tota vita ſua ⁊ ꝙ hoīes feriet: nec poterit liberari. Et manifeſtum ē ꝙ h̄ ē corporis īfirmitas ⁊ ē de multis maneriēb⁹ ⁊ diuerſis. Et ptho. dedit nobis reglāȝ in re magis forti q̄ eē poſſit de hac peſtilētia vt addamus huic aliā maiorē iſta. v. gr̄a. ꝙ ſignificet reuolutio alicui⁹ anni ꝙ accidet nato res talis ⁊ ſignificabit yleg ꝙ ſibi accidet īfirmitas ipo āno: poſtmodo iudicabimus ꝙ hō ille infirmabit͛ illo anno tali infirmitate de qua mutabit͛ ſenſus ei⁹. Qḋ aūt dixit ⁊ maxie ſi fuerit i cancro aut virgine aut piſcib⁹. vl̄t dicere ꝙ hec ſigna ꝓpē hñt ſignificare peſtilētiā talē: ⁊ ſi acciderit ꝙ cōſtellatio ſignificet ſtultitiā antedictaȝ: in iſtis ſignis erit peſtilentia valde fortior atqȝ peior.

¶ Demoniaci quidē ⁊ qui nuncupantur aurotafel. ideſt in quorum capitibus ſuperabundat humiditas: ſunt hi in quorum natiuitatibus infortunarum qualitas queādmodū diximus extiterit: ⁊ ipſe dominate fuerint lune ipſaqȝ luna fuerit aſcendens ſub ſolis radijs: eiuſqȝ domin⁹ in coniunctione ſaturnus extiterit: in preuentione vero mars: maxime autem i ſagittario ⁊ piſcib⁹.

¶ Et illi q dicti ſūt demōiaci ⁊ dicūt͛ grece ogrofatali: ⁊ vl̄t de illis dicere quoꝝ hūiditas vincit in ſuis capitibus: ſūt hñtes in ſuis natiuitatib⁹: ſm ꝙ diximus infortunas dominātes ſuper lunam: ea ſub ſolis radijs exiſtente: ⁊ ſaturno dominante ſuper ea hora cōiunctiōis: ⁊ marte hora oppoſitionis: ⁊ maxime ſi fuerit in ſagitario vel piſcibus.

¶ Demoniaci ſunt illi q ſunt defectiui in mēbris de hora q̄ naſcuntur ꝓpter humiditatē vincentē in ſuis capitib⁹: ita ꝙ eorum cerebra ſunt ſic humida ꝙ nō itelligunt reȝ ī mūdo. ⁊ regula figurarū pltaꝝ q̄ facit eos tales ec: eſt ꝙ luna nec mercuri⁹ nō aſpiciūt aſcēdēs. ⁊ ꝙ ille q dñabit͛ infortuna lune exeunte de ſub radijs poſt cōiunctionē ſit ſaturn⁹. ⁊ qñ aſcēderit ſup terrā poſt horā oppōnis ſit mars. ⁊ ſufficit ꝙ dixit aſcendere ſub radijs ſolis: ⁊ nō oportuit dicere dſcēdendo ſilr ſub terra. qꝛ hi duo ſtatus lune ſtīce ſūt vna ſcȝ alteri ⁊ hoc qḋ dicimus: affirmat dictū ſuū dicens. Si fuerit i hora oppōnis ꝙ ſit mars. qꝛ manifeſtū ē ꝙ hora oppoſitōis: nec poſt oppōnē nō pōt eſſe luna ſub radijs. ⁊ ꝙ dicim⁹. maxime in ſagitario vel piſcib⁹: vl̄t dicere ꝙ hec duo ſigna in tali ſtatu qualis ē iſte habēt ꝓprietatem ſeparataȝ quā alia ſigna nō habēt: ⁊ ꝓpter hoc adiuuant infortunas in tali re ꝙ ſint fortiores.

¶ Qꝛ ſi vtreqȝ tñ infortune hac in qualitate vicerint: erunt anime infirmitates incurabiles: nō erunt tamē feroces ⁊ ignorabuntur.

¶ Et ſi in hoc ſtatu vicerint infortune in manerie quam diximus: facient ꝙ he infirmitates accidant in parte rationali anime: vt nullo tempore liberentur: tamen ſic turpes non erunt: nec adeo manifeſte.

¶ Iā oñdim⁹ ꝙ he īfirmitates tendūt ad cerebrū ita ꝙ virtutes ſpūales diſturbāt ne opa ſua faciāt. tūc poſtqȝ ita eſt tantū valet ꝙ ptho. dicit ꝙ īſirmitates iſte accidāt i in parte rōnali aīe. vel ꝙ accidāt in artificijs cū qb⁹ pars ipſa ſua opera opatur. ⁊ qḋ vult dicere i hoc dicto eſt: ꝙ ille in quo dominabitur vna infortuna vel ambe ſine aſpectu alicui⁹ fortune nunqȝ liberabitur: ⁊ ſignificationem non habēt aliam fortune magis qȝ iſtā: quia per vim ꝙ ipſe ſignificāt rē iſtam: non ſignificant ꝓ eo ꝙ he infirmitates ſint turpes: nec extracte: quia non demonſtrāt rem talem: niſi alia conſtellatio affuerit.

¶ Si autem vtreqꝫ fortune. ideſt iuppiter ⁊ venus ei ſimiles extiterint: ⁊ vtreqꝫ īfortune ī occidentis angulo: fortune vero ī oriētis angulo manſerint: licꝫ ferociſſimas: curabiles tamen generabūt egritudines. At ſi iuppiter fuerit ille qui ei aſſimilabitur: infirmitates medicaminibꝰ curabunt̃: ſiue per dietas ſiue ꝑ antidota. Qꝛ ſi venꝰ ei ſimilis fuerit prophetijs vel diuino auxilio repellent̃ egritudines.

¶ Si cum eis concordauerint due infortune q̃ ſunt iuppiter ⁊ venꝰ ⁊ fuerint infortune in angulo occidentis: ⁊ due fortune in anglo orientis facient infirmitates que poterūt curari: he tamen infirmitates erūt diſcooperte: ⁊ ſi fuerit iuppiter qui ſe accordauerit curabunt̃ infirmitates cura phyce pro dieta vel medicinis: ⁊ ſi fuerit venus erit liberatio ꝓphica vel ꝑ parte dei.

¶ Vult dicere ꝙ qñ aliqua ex predictis figuris ſignificabit ꝙ infirmitates erūt in cerebro ⁊ infortuna hoc faciens fuerit in occñte ⁊ vna infortuna vel ambe fuerint in aſcendēte ꝓpter meliorationem virtutis aſcendentis quā habet ſuꝑ aſcēdens: habebūt fortune meloratione͂ ſuꝑ īfortunas ⁊ ꝓpter hoc poſſunt īfirmitates ille curari. Aliud vero qđ dixit manifeſtū eſt: ita ꝙ nō oꝫ gl̃ari.

¶ Qđ ſi in orientali anglo infortune: ⁊ in occidētali fortune fuerit: erūt egritudines incurabiles ac feroces: minuſqꝫ manifeſte: infirmitates epilenſie ſemper cum clamore ⁊ timore mortis durabūt. Inſani vero ſenſuqꝫ carentes nullatenus retineri poterūt: ⁊ ſuos conſanguineos impedient atqꝫ turpia dicent: ⁊ his ſimilia demōiaci eorum etiam infirmitates ⁊ hūiditatis ſuperabundantiam: que capitibus nocet entuſimeſemꝰ: ⁊ detecta nimis: ac ſaltꝰ impetuoſos in hoīes facientes eos ꝑcutient: ⁊ his ſimilia.

¶ Et ſi infortune fuerint in agulo orientis ⁊ fortune in occidente facient īfirmitates que nō poterunt liberari ⁊ erunt diſcooperte ⁊ manifeſte multum. Et ſi fuerit epilēſia erit continua ⁊ nūqꝫ recedet: ⁊ erit cū clamoribus magnis: ⁊ periculo grādi de quo mors prouenire pōt. Et ſi fuerit infirmitas ſtultitie q̃ feriuntur homines vel ꝙ excat ſuum ſenſum: faciet ꝙ q caꝫ habuerit ſit contra ſuos parentes ⁊ dicet turpia ⁊ mala dicta. Et ſi fuerit infirmitas que eſt ferica demonum que eſt propter magnam humiditatem vicentez in cerebro faciet eos anguſtos ⁊ ſtl̃titias facient diſcoopertas: inſultabūt in hominem ⁊ percutient ⁊ tales res facient.

¶ Qñ infortune fuerint ī aſcēdēte in angulo iſtoꝝ ſtatuuꝫ vel eorum aliqua. Et in occidēte fortune vł eaꝝ aliqua virtus infortunaꝝ vincet ⁊ habebit virtꝰ gubernās corpus ꝑ fortunas virtutē cum qua impellit cauſam infirmitatis ⁊ qꝛ vincunt infortune liberari non poterit: ⁊ propter hoc accidet lis talis inter infirmitatē ⁊ nām ꝙ oportebit attendere res quas ptho. dixit ꝙ hic nos docuit. vt adiungant̃ his q̃ predixit vt qñ inueniemus infortunas ⁊ fortunas in figuris dicemus ſm illud quod in ipo vincit: ita ꝙ ſi fortūa fuerit domina figure ⁊ eius cōtrariū fuerit īfortuna ⁊ fortuna fortior fuerit iudicabimus ſm eam: ⁊ hoc modo ī oībꝰ alijs faciemus. Et ꝙ dixit anguſtus: eſt īfirmitas q̃ ſenſus amittitur ⁊ tales ꝑdicūt futura. ptho. aūt nos docuit in hoc loco ꝙ hoc accidit ꝓpter magnā humiditatē cerebri.

¶ Quedam vero locorum in quibus illa qualitas fuerit proprio iuuamine quandoqꝫ iuuabūt. Loca nāqꝫ ſolis ⁊ martis proprie iuuant vt ſit inſania. Loca vero iouis et mercurij epilenſie iuuant infirmitates. Veneris autem locus per prophetias: et vt occulta ꝓdicant̃ adiuuat. Saturni autem luneqꝫ loca demoniacos et humorum iuuant impedimenta.

¶ Et adiuuant aliquo iuuamine proprio aliqua ex locis in quibus fuerint iſti ſtatus: ita ꝙ loca ſolis et martis adiuuant proprie ad ſtultitiam eoꝝ qui fuerint homines: loca iouis ⁊ mercurij adiuuant ꝓprie ad epilenſiam: loca veneris ad diuinandum ⁊ ꝓphetizandum: loca ſaturni ⁊ lune ad infirmitates hūiditatum ⁊ ad demoniacos.

¶ Qđ dixit adiuuant aliqua locoꝝ in qbus fuerit iſte ſtatꝰ aliq̃ iuuamine ꝓpo: voluit dicere loca ī qbꝰ erūt pl̃te in fortūe ille q̃ cā fuerit illius rei: ⁊ loca in qbus erunt mercuriꝰ ⁊ luna. ⁊ ꝓpter hoc dixit ſi fuerint hec loca ꝙ hēat ī eis ſol vel mars aliquam dignitatem: aut de domo exaltatione: trigono vel termino iuuabunt ſtultitiam faciendo malum pro homines feriendo. Et ſi iuppiter habuerit dignitatem in faciendo epilenſiaꝫ iuuabit. Et fuerit venus ad diuinandum ⁊ profetizandum iuuabit. Et ſi fuerit in tali conſtellatione qualē diximus: erit in diuinatione ſtultitia. ⁊ ſi talis non fuerit: ſignificabit ſolūmodo ꝓphetizare. ⁊ ſi fuerit in illis locis in quibus habeat ſaturnus vel luna aliquā dignitatem iuuabit ad nocendum: vt multi currant humores: ⁊ habebit infirmitatem que dicta eſt ferica demonū. Et pōt intelligi ſimiliter verbum ſuum ꝙ loca que dixit ſunt in quibus ſtant ipſi planete hora natiuitatis.

¶ Plurime igitur ſpecies infirmitatum in agente parte anime contingentium ſunt he quas prediximus: que ſm naturam ſuaꝫ generaliter per huiuſmodi qualiates adueniant.

¶ Et plures infirmitates que accidunt in operibus partis rationalis anime: ſunt in his maneriebus quas diximus: ⁊ accidunt pro talibus cōſtellationibus ſm ſuam nām generalem.

¶ Vult dicere ꝙ figure nocentes ad opera partis rationalis anime ſunt quas diximꝰ. ⁊ nocet ſimiliter huic parti anime concordantia nature cuiuſlibet pl̃te cū illis figuris.

¶ Differentie vero que proprie in parte recipiēte diſpoſitionem accidunt in augmento ac diminutione rerum naturalium maſculinis ⁊ femininis nimis apparebunt.

¶ Et diuerſitates que proprie accidunt in parte recipiente gubernamentum: apparent multuꝫ in augmento rerum naturalium: que ſunt de generatōe. maſculina ⁊ feminina ⁊ minutōe ſua.

¶ Uult dicere ꝙ peſtilētie ꝗ̄ accidūt in parte beſtiali hominis pl'es ſunt: augmentum rerum naturalium que pertinēt ad maſculū ⁊ feminā: aut minutio harum ⁊ res naturales quas hȝ hec pars anime eſt id qđ ꝑtinet ad ſapores corꝑis

¶ Ad quarum pronoſticationem illa via ꝗ̄ predicte vie aſſimilat̄ peruenīemus. Poſtq̄ȝ luna ſolem queādmodum ibi cum luna mercurium poſuerimus: ⁊ veneris ac martis ad ipos ſimilitudinem obſeruauerimus.

¶ Et poſſumus hoc perquirere per viaȝ ſimilē ei quā ante diximus: ponendo ſolem ī hoc loco cum luna loco mercurij: cum luna in illo alio inſpiciam⁹ ad cōcordātiā martis ⁊ veneris cū eis.

¶ Uult dicere ꝙ regula hui⁹ peſtilentie talis ē qualis regl'a partis rationalis: ⁊ diuerſitas que ē iter ambas eſt ꝙ ſit ſol in iſto loco mercurij pro eo ꝙ ſol ē ſignificator rerū oiuȝ naturaliū: ⁊ debes aſpicere cum hoc toto ad accordātiā martis ⁊ veneris cū ſole ⁊ luna. ⁊ hec regl'a eſt ꝙ ſe nō aſpiciāt ſol ⁊ luna vnus ſcilicet cum alio: nec aliquis coruȝ cum aſcēdente. Et ꝙ aliqua infortunarum in angulo: ⁊ ꝙ ambos vl' aliqueȝ eorū impediat: hec eſt regula; ⁊ manifeſtum eſt ꝙ regula infortunarum cum ſole ⁊ luna ⁊ eſt ita vt diximus ī hac eadem manerie.

¶ Poſt horum igitur explanationem.

¶ Et poſt q̄ȝ res iſtas diximus.

¶ Uult dicere poſtq̄ȝ docuit nos regulam ⁊ res pertinētes ad dictum precedens in parte rationali ꝙ multum bene oſtendit hoc ⁊ clare.

¶ Oſtendemus: ꝙ ſi ſola luminaria ī ſignis maſculinis fuerint: ea que ſibi naturalia ſunt homines nimis exercebunt. Mulieres autem ea que ſibi contra naturam ſunt nimiuȝ operabuntur: ⁊ que ſibi naturalia ſunt in vires ⁊ maſculinitatem anime conuertentur.

¶ Uolumus dicere quando fuerint duo luminaria in ſignis maſculinis ꝙ viri erunt ſupremi in re naturali pro eis: ⁊ mulieres ſupreme in re naturali pro eis: ⁊ excedent naturam ſuam vt ſint viriles ⁊ fortes corde.

¶ Uult dicere ꝙ quando luminaria non ſe aſpiciunt vnuȝ .ſ. cum alio nec aliquis eorum cum aſcendente ⁊ fuerit ī angulo aliqua infortuna nocens duobus luminaribus exiſtētibus in ſignis maſculinis ſignificabūt in natiuitatib⁹ maſculorum: ⁊ erunt naturaliter luxurie magne valde ⁊ in natiuitatib⁹ mulierū ſuꝑmā luxuriā in tm̄ ꝙ rē naturalē trāſibunt ꝙ vna fricabitur cū alia: ac ſi eēnt cū viris.

¶ Item ſi mars ⁊ venus vel eorū alter maſculinus fuerit: in naturalib⁹ rebus veneris valde cōuerſabūt̄ homines: ⁊ nimis circa vitium illđ ſollicitabuntur. Ex rebus etiā coitus turpia que cōtra legem fuerint: feſtināter facere deſiderabūt. Mulieres autem innaturales actus cupidinis plus equo perpetrabunt: ⁊ erūt thaba herat: eo ꝙ adinuicem in agendo commiſcebūtur. Si venus autem ſola maſculina fuerint id qđ inde ꝑpetrabunt erit occultum ⁊ ignorabitur. Sed ſi mars maſculinus extiterit: ita erit illud manifeſtum ꝙ quandoqȝ mulieres que cum eis cōuerſabunt̄ q̄ſi ſibi ꝓprias vxores fore dmōſtrabūt.

¶ Et ſi fuerit ſimil'r mars aut ven⁹ vel aliquis eorum in ſignis maſculinis erunt viri ſupremi multum in luxuria extra naturam ⁊ turpiter ⁊ multum fornicatores diſcooperti ⁊ extracti ac priuati valde per eum ꝓhibitam: ⁊ mulieres extracte multuȝ in luxuria extra naturam: ſic ꝗ̄ iacent cum mulieribus ac ſi viri eſſent. ⁊ ſi ven⁹ fuerit maſculina ſola faciet hoc cooperte ⁊ extra ete non erūt. ⁊ ſi mars fuerit maſculin⁹ ecōtra: ita ꝙ ſue ſunt ille alie mulieres ac ſi eſſent nupte ſecum.

¶ Uult dicere ꝙ quando figura luminarium ſtatum ſignificabit ante dictū: ⁊ cū eo accidit ꝙ mars ⁊ venus ſint maſculini: erūt ſimil'r viri de manerie quā dixit: ⁊ ēt mulieres ⁊ dixit ꝙ ſi ven⁹ ſola fuerit maſculina: erū fcm̄ ipȝ coopꝑtū: ⁊ ſi mars fuerit ſolus maſculin⁹ erit diſcooptum ⁊ palam. ⁊ ſi ambo fuerint res non diſcooperta nec cooperta: ⁊ hec ē gloſa eius qđ vult dicere q2 verborum ſuorum docet vnū aliud. verbi gratia: qđ dixit de mulieribus quando venus fuerit maſculina: aut mars: illud idem debem⁹ intelligere de viris ⁊ re naturali ꝓ viris in hoc loco ī iacendo cū alijs viris: ⁊ de mulierib⁹ in iacendo cum alijs mulieribus.

¶ Et ſi eedem ſtelle in predicti contrarium fuerint. i. vt ſola luminaria cum predictis qualitatibus in ſignis femininis extiterint: mulieres ea que ſibi naturalia ſunt operabuntur. Uiri autē ea que ſibi ſunt contra naturam committent et cum mollicie ac feminitate anime naturalia trāſgredientur.

¶ Et ſi planeta fuerit de conuerſo eius qđ diximus: ita ꝙ ſint duo luminaria in ſignis femininis exiſtendo in ſtatu quem diximus: ſignificabūt ꝙ mulieres ſuꝑme fiēt in re naturali ad eas. ⁊ ꝙ viri ſupremi fient in re naturali pro eis: ⁊ tranſibunt rem naturalem: vt ſint laſciui ⁊ feminini corde.

¶ Status quem dixit eſt ꝙ duo luminaria ſe non aſpiciāt: nec eorum aliquod cū aſcēdente: et ꝙ in angulo ſit aliqua infortuna nocens duob⁹ lumiaribus vel alteri eoꝝ. ⁊ quādo hoc acciderit ⁊ fuerint duo luminaria ſolum in ſignis feminis: ſignificabit ꝙ mulieres diligēt ml'tū viros ⁊ iacere cum eis ⁊ erunt gentes: ⁊ viri erūt: multum in hac voluntate ſuppremi: ita ꝙ tranſibunt ſtatum naturalem pro eis ad mulieres eſſendum: ⁊ diligēt multuȝ hanc manerīē luxurie innaturalem.

¶ Item ſi ſola venus feminina fuerit: illegittimos act⁹ veneris mulieres nimis adimplebūt: frequentius tamen ad naturalia declinabunt ⁊ cum quolibet: adeo ꝙ nulli coitum denegabūt: ſeu deformis ſeu contra legeȝ fuerit: homines autem erunt effeminati ac molles: ⁊ ad innaturales actus veneris procliuiores: neminem etiā ab illicito coitu prohibebunt: preter ꝙ occulte illud perpetrabunt. Item ſi mars femininus extiterit: iſtorum duorū vtrūqȝ .id eſt fornicati

onem ⁊ turpitudinē: actuſq; illicitos detectos
⁊ abſq; frontis rubore facient: ita ꝙ ꝑ nimia de
tectione blaſphemabunt ⁊ vituꝑabunt.

¶ Similiter ſi venus fuerit feminina erunt mulie
res multum in meritricatione ſupreme: ita ꝙ in
re iſta ſtatum naturalem excedent q̄ hora eis ac
cident ⁊ cum quo ſit ꝙ in mundo ſe nō defēdēt
de re que ſit luxurie: licz ſit valde turpis et con-
tra legem vt viri feminini et laſciui erūt ⁊ volēt
luxuriari contra naturam et ſea viris alijs nō de
fendēt iacere volentibus cuz eiſdē aut ſecuz res
turpes facere. Et hoc erit i coopto. Et ſi mars
ſimiliter fuerit femininus erit in qualibet haruz
manerierum malarum et turpium: ꝙ dicimus
multum diſcoopertſi et ſine verecundia et erūt
extracti operi et noiati pro re iſta ſic ꝙ erunt ꝑ
pterea dehoneſtati.

¶ Totum hoc dictum eſt manifeſtū ⁊ declaratū ſi bene in
ſpexeris in gloſis preteritis: ꝙ ſi figure luminarium ſignifi
cauerit illas peſtilētias exiſtēdo i ſignis feminis ſignifica-
būt ꝙ mlieres erūt adeo meretrices ꝙ cum viris habere
poterint: ita ꝙ petent luxuriam in lege prohibitam ⁊ q. ſe
cū iaceant ex parte innaturali ⁊ turpi. Et quando talis con
ſtellatio qualis iſta in natiuitatibus viroꝝ acciderit: erunt
meretricatores ⁊ femini ⁊ appetēt ſimilr rem qualez dixit
⁊ erit ꝙ facient mulieres ⁊ viri in abſcondito ⁊ celato: vn̄
ſi mars fuerit femininus in loco veneris ſignificabit ꝙ res
erit publica ⁊ ſine verecundia nec timebūt pro eo ꝙ ſint ex̄
ita ꝙ dehoneſtabuntur ab omnibus nec in malū ten ebūt
Et ſi in tali ſtatu fuerit venus ⁊ mars ambo feminini erit
factū virorū ⁊ mulierū ſuſpectū inter cooptū ⁊ diſcooptū.

¶ Orientales autem et matutinales qualitates
veneris et martis in maſculinitate detectionem
adiuuant.

¶ Et ſtatus orientalis martis et veneris: et q ſūt
matutinales adiuuant vt ſint viriles et famoſi.

¶ Uult dicere ꝙ viriles ⁊ viri erūt maſculiniores ⁊ fortio-
res: ⁊ mulieres erūt fricatrices vna .ſ. cuz alia ⁊ extracte: ⁊
hoc manifeſtū eſt de ſtatibus orientalibus martis ⁊ vene
ris: ⁊ qū ſunt matutinales.

¶ Eorum autem veſpertinalis ⁊ occidētalis q̄li
tas i feminitate iuuat occultationē.

¶ Et ſtatus ſui occidentales ⁊ veſptinales adiu
uant ad feminitatem et vilitationē.

¶ Femineitas mulierum eſt vt ſint meretrices vt viroꝝ
vt ſint in hoc vitio contra naturam eis.

¶ Similiter etiam ſi ſaturn⁹ cum eis fuerit: hor
riditates et putredines ac coinquinationes: ma
gnamq; verecundiaz eos incurrere iuuabit: eo
ꝙ ipſi⁹ natura vnūqdq; iſtoꝝ de more iuuat.

¶ Similiter quando ſaturnus fuerit cum eiſdez
iuuabit in magna polutione et turpi: et qꝛ natu
ra eius eſt in talib⁹ reb⁹ iuuare.

¶ Uult dicere ꝙ ſi loca in quibus conſtant luminaria ⁊ pla
nete dantes eis infortuniū: ⁊ loca in quibus ſtant venus ⁊
mars vel alter eorum fuerit ſaturni vl' habeat ꝑticipatiōez
cum eis in magna polutiōe turpi ⁊ vilitate iuuabit

¶ At ſi iuppiter cum eis fuerit rerum pulchritu
dinem atque decorem aptamq; verecundiam
augmentabit.

¶ Et ſi fuerit iuppiter cum eis iuuabit in regen
do res iſtas et habēdo ide verecundiā ita ꝙ hec
pulchre facient.

¶ Uult dicere ꝙ ſi loca ſignificatoꝝ antedictoꝝ fuerint io
uis vel ꝙ ipſe habeat aſpectum cuz eis iuuabit ad pulcritu
dinem huius rei ⁊ facient coopte.

¶ Et ſi cum eis mercurius fuerit rerum detecti
onem et futurorum feſtinationē ſuarūq; ſpecie
rum multitudinē et augmētū adiuuabit.

¶ Et ſi fuerit cū eis mercuri⁹ iuuabit ad detegē
dū res iſtas et ad magnū motum iuuenū in mu
lieris maneriebus et ad magnū vſum: et ad ma
gnū augmentum de illis.

¶ Ult dicere ꝙ ſi loca ſignificatoꝝ antedictoꝝ fuerit mer
curij vel ipſe habuerit ꝑticipationē cū eis iuuabit i exēpla
mēto rerū ſignificatoꝝ ꝑ eū ⁊ ad magnū motū eaꝝ i mlris
manerieb⁹. Et illud completur totū qd dicit i h capl'o: et ē
manifeſtum pro eo ꝙ tranſiuit ꝙ infortune ſi fuerint in oc
cidente: ⁊ fortune in aſcendente ſignificant ſtatum ꝑdictū
ꝙ he infirmitates liberari poſſunt. Similiter ſi fortune fu
erint potentiores infortunis: tamen ſi infortune fuerint in
aſcendente: ⁊ fortune in occidente: erunt he iſirmitates du
rabiles. Similr ſi fuerint infortune potentiores fortunis.
Et poſtq̄ hic completur tertia pars quadripartiti ptholo
mei: completur hic ſimiliter non⁹ tractat⁹ gloſe haly eben
rodan phyſici ſuper hoc eodem quadripartito.

¶ Hic incipit decimus tractatus gloſe haly eben rodan: et
h ꝑncipium gloſe ſuper quarto quadripartiti ptholemei.

Dixit haly.

TRes partes huius libri gloſauimus in no
uem tractatibus gloſe: monſtrando ⁊ decla
rando q̄ breuius potuimus. ⁊ adhuc gloſa
re volumus ⁊ diſtinguere hanc partem ſi
ne abbreuiamento complete ⁊ aperte talia
redditurí exempla que legentem reddent
memorem eorum que in alijs partibus trā
ſiuerint: vt maius habeat auxiliū i intelligēdo hunc librū.
⁊ lz volens intelligere eum: foret philoſophus: dialecticus
in quadriuio ſapiēns ⁊ naturalium in practica philoſophie
que ſunt ethice: bene poſſet ſine gloſa noſtra verba intelli
gere ptholemei: nihilominus haberet in hoc ſtudium ⁊ la
borem. Et poſtq̄ ita eſt ꝙ noſtra gloſa prebet auxiliuz ma
gis intelligendo maioꝝ parti qui non ſunt in philoſophia:
nec mediocriter ſapientes. Aperimus eniz cannalia ⁊ clau
ſuras quas ptholemeus incluſit in eo quod in hac parte de
philoſophia fuerit locutus. Et quāq̄ ſciantur tabule ⁊ pla
netarum equationes: nihilominus ꝑfectus ⁊ auxilium ma
gnum iacet in gloſis meis: tamen ei qui nunq̄ ſtuduit i ali
qua parte philoſophie eſt melius conſilium: vt non laboret
in re aliqua de toto quod diximus: ex quo volūtas eius ge-
ſcet ſine labore. nam gloſas iſtas non facimus niſi ſciētib⁹
in hac ſcientia vel philoſophia. qꝛ ille qui nihil de hoc ſciue
rit: ſciat ꝙ eius neſcietas eſt: non de ſciētia. Silr intelligēs
librum iſtum ſi errauerit in aliquo iudicio aſtronomie: cō
uenit vt ſciat ꝙ error eſt: qꝛ non bene aſpexerit in eo qd ex
pedit ei ſcire: vel qꝛ bene non itellexerit id quod eſt i libro:
Et manifeſtū ē itelligenti hūc librū ꝙ iudiciuz ꝓꝑuz ei cō
uenit. vbi gr̄a: ꝙ erit ſi iudicauerit aliqs ꝙ natus non tran
ſibit. 20. annos ꝙ lucrabitur diuitias a rege: aut pro bonis
mortuorum: vel ꝑ theſauro quem inueniet ſi non dixerit:

p rebus pertinentibus ad regem: ⁊ ꝙ poterit lucrari diui tias pro eo ꝙ cū rege mercabitur: aut pro hereditatibus ve nientibus ei ex parte regis. Similr̄ non conuenit ei dicere ꝙ qui hic natus applicuerit ad .20. annos morietur aut īfir mabitur infirmitate grādi: vel ibit de vna terra in aliaꝫ: tñ conuenit ei dicere: morietur penitus: ⁊ ꝙ infirmabit̄ omni b⁹ modis aut accidet ħ totū: vl̄ ꝙ īfirmabit̄ ⁊ moriet̄: ita ꝙ verba ſua cognita ſint ⁊ vera ī omni re. q̄ꝛ ille qui bene nō diſtinxerit dictū ſuum in iudicio non bene intelligit id qđ dixim⁹: ⁊ ſi ītellexit ſi bñ īſpexit ad opa ſic ꝯuenietbot. Et ſi qs dixerit ꝙ materia nō ē ſtabilis in vna maneria: propter qđ nequit aſtrologus in iudicijs certificare in aliquo vba ſua. Reſpodemus ei ꝙ materia ſicut ante oſtendimus re cipit a corporibus celeſtibus rem particularem ⁊ vniuerſa lem: ⁊ manifeſtum eſt ꝙ particulare ſemper eſt predicatuꝫ de vniuerſali. Et qui bene ſciuerit aſtronomie iudicia ī vni uerſali opere ⁊ particulari de leui errare non poteſt: ⁊ raro poteſt cadere ī errorem tñ neſcientis bene res iſtas ſūt oīa iudicia in ſorte. Et hic iacet aliud quoniam aſtrologus iudi cabit in nato res aliquas ⁊ dicet ꝙ eorum aliqua accident ī capite .50. annorum vite ſue: ⁊ dicet in alijs ꝙ accident ad 10. annos: ⁊ poterit accidere in vtroqꝫ horum temporū duo rum ꝙ illud mutabitur iudicium. Ad qđ reſpondemus di centes qđ ante dixim⁹: q̄ꝛ conuenit aſtrologo inſpicere ī re bus generalibus ⁊ particularibus ⁊ in locis planetarū ⁊ re uolutionibus annorum ⁊ inſpiciat bene in his omnibus: et det virtutem habenti maiorē quolibet tempore ⁊ de poſ ſe operi pertinenti ad illud tempus iudicans poſtea. hoc .n. totum patefecimus ⁊ declarauimus in alijs tractatibus p̄ cedentibus ⁊ adhuc multa q̄ conueniūt ī antea oñdemus.

¶ Incipit tractatus quart⁹: libri Alabra Ptho lemei: in quo ſūt nouem capitula.

¶ Incipit prologus. Dixit Ptholemeus.

RErum igitur in qui bus ea que ante par tum ſunt ⁊ que in ipi us hora partus cōtin gūt necnon ⁊ omnia que poſt partum ſūt obſeruari poſſūt: id quod ei proprium ac naturale ē: ⁊ quo to tum eius eſſe natura liter probatur q̄ꝫ maxime demonſtrauim⁹.

¶ In rebus hominis poteſt iudicari de his que ſunt ante natiuitatem ⁊ eadem hora natiuitatis ⁊ res accidentes poſt natiuitatem que ſunt nati proprie: ⁊ que dirigunt̄ cum eis in ſeipis ⁊ ſuis ſtatibus quos vſqꝫ hic narrauimus.

¶ Res de quibus poteſt homo iudicare exiſtentes ante na tiuitatem ſunt iudicare de patribus ⁊ fratribus. Et de qui bus iudicare poteſt ipa hora natiuitatis ſunt ſicut eſt ma ſculus ⁊ femina: vel eſt mutate compoñis: aut ſi nō recipiet cibum. Et ꝙ accidit poſt natiuitatem eſt duobus modis ⁊ manerieb⁹: vna eſt ī nato propria ſemper ſicut iudicare vi tam: corpus: ⁊ animam ſuaꝫ. Et manifeſtū eſt ꝙ ī his oib⁹ poſſunt intelligi ſtatus nati pro eſſentia ⁊ pſes eorum ſunt iam demonſtrate in eo qđ tranſiuit: ⁊ ex his ſūt que de hic in antea oſtēdent̄. Aliā vero maneries rerū accidentium poſt natiuitatem ē iudicare ſtatus pro accidentibus cōtin gentes ⁊ ſūt extra natum. Et iā in gloſa patefecimus terty tractatus ꝙ hec oīa ſciri poſſunt a .2°. pñ° qđ eſt hora qua creatura exit de ventre matris.

¶ Eorum vero que extrinſecus accidunt: totuꝫ ſcilicet quorū enarratio oportune premiſſa ſub ſequitur. Primum eſt in ſubſtantia ⁊ valitudi ne nati proſperitatem iudicare: ⁊ ipi⁹ in ſubſtā tia proſperitateꝫ collectiꝫ cum reb⁹ corpori per tinentib⁹ enarrare: necnon eiuſdem in valitudi ne proſperitatem ſimul cum rebus ad animam pertinentibus enodare.

¶ Et res que accidunt nato extra eum ſequi con uenit idquod ante dictum fuit: eſt primum iu dicare fortunam nati in diuitijs ⁊ valore. Et iudicium fortune in diuitijs eſt ſimile reb⁹ perti nentibus ad corpus: ⁊ iudicare qualis erit eius fortuna in valore: eſt ſimile rebus ad animam pertinentibus.

¶ Quod dixit ꝙ dictuꝫ qđ ſignificauerit ⁊ plus qđ pertinet ad homines: iam demonſtratum eſt in eo quod tranſiuit. ⁊ intelligitur de eo ꝙ adhuc remanſit aliquid de rebus ad hominem pertinentibus: quod expedit demonſtrare: dixit hoc verbum. fortuna nati in diuitijs ⁊ valore: ⁊ adiunxit iu dicium diuitiarum cum iudicio corporis: ⁊ iudicium valo ris cum iudicio anime: q̄ꝛ diuitie ſunt valori ſubiecte: ⁊ va lor in comparatione diuitiarum eſt ſm̄ formam: ſicut cor pus eſt ſubiectum anime: ⁊ anima eſt complementum cor poris ⁊ forma. Et eſt viſibiliter manifeſtum ꝙ habens va lorem ⁊ honorem habet in poſſe ſuo res multas. ⁊ q̄ꝛuis di uitias nullas habeat: poteſt habere res alias homini natu rales ex parte exteriori: ſicut magiſteria: matrimōia: filios: ⁊ filia. Nam eſſe: nō poteſt ꝙ hō res tales habeat qñ nō hēat rem aliquam: ⁊ hoc eſt quod dicere voluit ptholemeus in prologo huius libri.

¶ De proſperitate nati ⁊ ſubſtantia. Capl̄m: I.

Dixit haly.

QUia diuitie ſubiecte ſunt valori et honori: et cum iſtis duabus rebus poteſt homo habere ſtat⁹ omnes poſtea venientes poſuit ptholemeus poſt iudiciuꝫ diuitia rum p eo quod ſequitur iudicium anime.

QUaliter rerum ſubſtantie qualitas adueniat: ⁊ a ſola parte fortune no titiā deprehendamus oportet: quā id qđ eſt inter ſolem ⁊ lunam obſer uando ⁊ ab aſcendente in diurnis ac nocturnis natiuitatibus ꝑpter ratiōes quas in elocutione vite monſtrauimus proijciendo ſemper addiſcemus.

¶ Et res pertinentes ad lucra ſubſtātie quomo do erunt conuenit nobis perquirere a parte for tune ſolummodo ab eo ꝙ ſcimus ſemper per id quod eſt inter ſolem ⁊ lunam ⁊ proijcitur ab aſcendente in naſcentibus de die: ⁊ in naſcē tibus de nocte pro rōnibus quas dicimus quā do dum fuimus locuti de vita.

¶ Iaꝫ ſcis ꝙ pars fortune ſemper accipitur a ſole in lunam: ⁊ addimus ſuper hoc gradum aſcendentis: ⁊ proyciamus ab aſcendēte: ⁊ ratio propter quā hec portio habet virtutem

ſic magnam eſt: quia hec portio eſt aſcendens lune ſicut luna eſt aſcendens ſolis: ⁊ iam hoc totum ante in iudicio vite patefecimus diligenter. Et poſtq̃ hec cõparatio huius partionis ad aſcendens eſt ſm cõparationem lune ad ſolem: cõuenit vt proprie ptineat ad diuitias ſicut aſcendens ptinet ad hominem: eſt talis: vt comparatio partis fortune intrãtis aſcendens: ⁊ ſicut aſcendens pertinet ad ſignificationez eius qđ hõ habet in potentiã: ſicut diuitie ſapientia miniſterium hereditatis ⁊ ſimilia.

℄ Huius autem obſeruationis via eſt velut ſubiungitur. Stellas igitur que ipſius ſigni diſpoſitioni dominantur obſeruabimꝰ. Et que ſit earuz fortitudo atq̃ ſimilitudo: ſicut prediximꝰ: conſiderabimus. Item ſtellas que eis aſſociant in figura vel que ſuper eas eleuant: ſiue ſint ex earuz haiz: ſiue ex haiz cõtraria: ſilr obſeruabimꝰ.

℄ Judicia huius ſũt iſtius mancrici. volo dicere: accipias planetas gubernatores ſigni ⁊ iſpicies qđ poſſe ⁊ quã concordantiam habent in mancrie quam diximus. Et aſpicies ſimilr planetas habentes participationem figure cuz eis: ⁊ illos qui eleuantur ſuper eos: ſi ſint eiuſdem haiz vel alterius.

℄ Uult dicere ꝙ regula per quã ſcimus nati diuitias ẽ accipere pl̃tas gubernãtes locũ partis fortune. Et ꝑponeo illũ q̃ habuerit ibi pl̃es dignitates: ⁊ iſpicies ſtatũ ſuũ i comparatione mundi ⁊ ſuũ ad angulos ⁊ ad ſolem: vt per hos ſcias ꝙ ſic magna eſt virtus gubernatoris loci partis fortune: ⁊ i qua mancrie eſt cõcordantia ⁊ ſignificatio ſua. Et qũ hoc fecerimus aſpiciamus ſimilr ad pl̃tas habentes participationẽ ſecum i figura ⁊ eos q̃ eleuant̃ ſuper eũ: q: ſi fuerint concordes cum eo ſignificatio maior erit, ⁊ firmior: ⁊ ſi fuerit alio modo: minor ⁊ debilior erit.

℄ Nam cuz predicte partis diſpoſitores: fortes extiterint: erit natꝰ multarum diuitiaꝝ. Maxie autem ſi teſtimonio ſimilitudis eis teſtificentur luminaria.

℄ Et quando gubernatores partis fortune fortes ⁊ potentiores fuerint erit natꝰ dominꝰ magnarum diuitiaruz maxime ſi duo luminaria teſtificabũtur in teſtimonio accordato.

℄ Uult dicere ꝙ quando planeta gubernator partis fortune fuerit fortis ⁊ patẽs ſignificabit ꝙ natus eſt diuitiarum magnarũ: ⁊ ſi cuz hoc accidit ꝙ ibi teſtificent̃ duo luminaria teſtimonio concordie: ſicut aſpectu trino vel ſextili ⁊ in talibus dent virtutem: ſignificabit ꝙ diuitie nati erũt multum maiores: ⁊ valde magne. Et propter hoc itelligit̃ manifeſte q: ſi gubernator ꝑtis fortũe fuerit debilis ꝙ erit natus paucaꝝ diuitiaꝝ: ⁊ ſi virtus eiꝰ fuerit dãnata ſub radijs ⁊ cadẽs ſub terra: natus nullas habebit diuitias nec auere aliqđ. Et ſi cum hoc ſtatu nõ teſtificabũt̃ ibi ſol ⁊ luna erit natus pauper omnium rerum valde. ⁊ ſi he res mediocres fuerint inter fortitudinem ⁊ debilitatem erũt eiuſdez manerici nati diuitie: ⁊ cõuenit vt iudices diuitiaꝝ quantitatez nati a poſſe gubernatoris vel debilitate: ⁊ ſꝫ a teſtimonio luminariũ accordato ⁊ diſcordato.

℄ Preter ꝙ ſaturnus nati diuitias ex edificationibus: vel ex terrarum cultibus: aut ex nauigationibus prouenire ſignificabit.

℄ Scias ꝙ ſaturnꝰ ſignificat ꝙ diuitie nati erũt ex parte terrarum: aut pro laborerio terre: aut pro marinaria.

℄ Pro eo ꝙ ſaturnus accipitur vice ſolis i locis i quibꝰ ſol non habet ſignificationem. Et nulla res diuitiaꝝ ad ſolem pertinet in hoc loco ⁊ ſignificat ſol matrimonium mulieꝝ dantur ſaturno vice ſolis i ſignificatione diuitiarum ꝓ parte laborerij terre. Et q: ſignificat ſimilr ꝑ ſeipſꝫ aquas magnas dat diuitias pro parte marinarie: ⁊ qñ iuenerimus ſaturnum ſolum gubernatorem partis fortune iſpicies ſi fuerit femina vel aſpexerit ſe cũ venere: ⁊ ⁊ rem talẽ indicabimus ꝙ diuitie nati erũt pro parte mulierum. Et ſi cum inuenerimꝰ i loco terreo indicabimus ꝙ diuitie erũt ꝓ laborerijs terraꝝ. Et ſi eũ inuenerimus in loco aque iudicabimus ꝙ diuitie erũt ꝓ aquis vel ꝓ marinaria: ⁊ hoc modo cognoſcemus ⁊ diſtiguemus quẽlibet ſtatuz quos inuenerimus i partitiõe vnius nature.

℄ Juppiter vero deſignabit: ꝙ eiꝰ diuitie ex cõmendationibus: vel ex baiula: aut ex qualibet ꝓbitate cõgregabuntur.

℄ Et ſi iuppiter ſignificat ꝙ diuitie erunt ꝓ ſeneſcalchia vl̃ ꝓ donis honoꝝ ⁊ religioſoꝝ.

℄ Uult dicere ꝙ quãdo iuppiter ſolus fuerit gubernator ꝑtis fortune: ſignificabit ꝙ diuitie nati erũt ꝓ parte ſeneſchalchie aut fidelitatis: vel ꝓ alcaldia: ⁊ tu cognoſcere poteris quẽlibet hoꝝ ſtatuũ a rebꝰ tenẽtibus ſe cum eis ſꝫ ꝙ iuenerimus ſtatus iouis.

℄ Mars autem ſignificabit illius diuitias ⁊ ex exercituũ dñio ⁊ regiminecq̃ prouenire.

℄ Et mars ſignificat ꝙ diuitie erũt pro ducẽdo milites aut gubernãdo hoies armorum.

℄ Si mars fuerit dñs ꝑtis fortune: ſignificabit ꝙ erũt nati diuitie ꝓ exercitibꝰ gubernãdis ſeu ducẽdis. Et ſi fuerit minus potens erunt ꝓ ducatu minori. ⁊ ſi i ſigno fuerit fortunarũ: aut in aliqua ſuarũ dignitatũ: erũt ꝓ gubernãdis hominibus: ⁊ huic ſimiles.

℄ Venus ex amicorũ donationibꝰ: vel ex mulieribus eas coaduuari denunciabit.

℄ Et venus ſignificat ꝙ diuitie erunt pro donis amicorum vel mulierum.

℄ Si venus i hac re fuerit gubernatrix ⁊ hũerit aſpectum amicitie cũ dño aſcẽdentis ⁊ cũ aliquo gubernatoꝝ nati: ſignificat ꝙ diuitie erũt ex ꝑte amicoꝝ. ⁊ ſi fuerit aſpectꝰ hic cũ aliq̃ ſignificatoꝝ mulieꝝ nati: ſignificat ꝙ erũt eiꝰ diuitie ꝓ ꝑte mulieꝝ. ⁊ cõuẽit vt iſpicias i quolꝫ horũ ſtatuũ: ĩ quo ſtatu iuenĩemꝰ pl̃taz gubernatorẽ: ⁊ ſꝫ h̃ iudicabimꝰ.

℄ Mercurius quidem ex mercationis iduſtria diuitias affluere ſignificabit.

℄ Et mercurius ſignificat ꝙ diuitie erunt ꝓ ſcientijs ⁊ mercimonijs.

℄ Q: mercuriꝰ de ſui nã̃ ſignificat ſtatꝰ aie rõnalis: hꝫ ſignificationẽ ſciaꝝ. ⁊ q: ſemꝑ reuoluitur circa ſolem: ſignificat res huic ſiles. ⁊ hoc ẽ reuoluere ſe in mercimonijs. poſtmodũ ſi fuerit gubernator ꝑtis fortune: inſpicias. ⁊ ſi fuerit in loco ſciarũ: ſignificabit ꝙ diuitie erũt ab iſta ꝑte. ⁊ ſi volueris ſcire ꝓ qua ſcia erunt diuitie: iſpicias in quo ſtatu erit mercuriꝰ: ⁊ ad dñm ſui loci. ⁊ ſi fuerit in loco itinerũ aut reuoluendi i lucra: ſignificabit ꝙ diuitie erũt ex parte mercimoniorum: ⁊ ſcire poteris cuiuſmodi mercimonia quando inſpexeris in toto eo quod diximus.

℄ Q: ſi ſaturnus ꝓprie parti ſubſtantie aſſimiletur ⁊ ioui in figura aſſocietur: ſignificabit here-

ditates quas hereditabit. Maxime autem cum in altis angulis fuerit vel ſi in ſigno cōmuni iuppiter extiterit aut cum luna iterum ictiſal habuerit: tunc enim ſignificabit ꝙ natus lucrabitur: ⁊ extraneorum hereditatem hereditabit.

¶ Et ſi ſaturnus proprie ſignificationem habuerit cum fortuna diuitiarum ⁊ concordauerit ſecum ioue: ſignificabit bona mortuorum que hereditabit. Et maxime hoc ſi fuerit ī angulis ſuperioribus: aut ſi iuppiter fuerit in ſigno duorum corporum vel ꝙ ſimiliter habeat aſpectum cuꝫ luna: ⁊ tunc ſignificabit ꝙ hereditabit bona peregrinorum.

¶ Poſtq̄ꝫ dedit nobis naturas pſtarum ſeparatas vnāquāqꝫ per ſe. vult nunc nobis dare regulam eorū quando participationē habuerint vnus. ſ. cum alio in gubernamēto loci partis fortune: ⁊ non nominauit participationem niſi ſaturni ⁊ iouis: vt inde aſſumamus ad omnes alias participationes exēplum qḋ panit ꝙ qui intellexerit librum ſuum a principio vſqꝫ ad hunc locū poterit per ſe intelligere oēs participationes contingentes īter alios planetas. nā ꝙ poſuit ſuper ſolam participationem vnā in hoc ſuffecit: ⁊ paſt q̄ꝫ ſufficiat pro alijs narratio participatiōis ſaturni ⁊ iouis. Ptholo. enim docet nos tres participationes inter ſaturnū ⁊ iouem que ſignificant rem vnaꝫ generalem: vt accipiam⁹ inde ſignificationem ad omnes alias participationes ⁊ erit ſignificatio triū participationū ꝙ diuitie nati erūt pro parte bonoruꝫ mortuorum ⁊ eſt prima caꝫ poſtq̄ꝫ participat ſaturn⁹ cū ioue ī gubernando partē fortune: vel ꝙ vnus ſit gubernator ⁊ habeat aſpectū cum alio: vł ꝙ ſit gubernator loci ſui: ⁊ ſimilia. Secunda eſt ꝙ ſi hec participatio in angulis fuerit qui ſunt ſuper terram ⁊ maxime qui ſunt ī medio celi erit ſignificatio firmior ⁊ maioris fortitudinis. Tertia eſt ꝙ iuppiter ſit in ſigno duorū corporum vel ꝙ aſpiciat ſe cuꝫ luna. Et res propter quā ſignificat participatio iouis cum ſaturno habere diuitias de bonis mortuoruꝫ eſt: qꝛ ſaturnus dat infortunam ⁊ iuppiter fortunam. nā hec ē res bona tribuens mortuorū: qꝛ infortuna dat ꝙ morit̄: ⁊ fortuna dat ꝙ hereditat̄ ſuas res. Similr̄ pro exiſtentia ī ſigno duoꝝ corporū ⁊ pro aſpiciendo ſe cum luna vt dictum eſt homines extranei de aliena terra vel ꝙ naſcetur ei filius de extranea muliere ꝓ quo hereditare habebit: qꝛ ſignum bicorporeum ſignificat participationem rerum duarum ⁊ ſimilr̄ lune aſpectus. Ptho. autē ſtabiliuit nobis res iſtas vt ſint radices a quibus ſumamus exempla in alijs planetis quando vnus cum alio participationem habuerit. Et ſi intellexiſti quicqd diximus bene ſcire poteris omnes participationes ⁊ qd ſignificat quelibet harum: ⁊ regula hec ē ꝙ aſpicias quā hꝫ participationem: cum quo planeta ē: ⁊ qd ſignificet in nati morib⁹ hic pſts ⁊ ei⁹ magiſterij: ⁊ ſm̄ hoc iudicabis. v. grā ſi participauerit cū marte ſaturn⁹ ⁊ hūerit ſignificationē aliquā ī nati morib⁹ vt ſit latro: ⁊ ſi in ſuo miniſterio vt ꝙ ſit miles iudicabis ꝙ erūt diuitie de rapina vł ī inſidijs itinerū ⁊ ſilb⁹: ⁊ ſi habuerit ſignificationem ī nati morib⁹ ꝙ ſit rect⁹ ⁊ iuſt⁹ ⁊ in ſuo miniſterio cuſtodire infirmos: ⁊ ſi fuerit gubernatores ptis fortūe ſaturn⁹ ⁊ mars indicabis ꝙ erūt ei⁹ diuitie ꝓ eo ꝙ ſit cirugic⁹ vł pro vulnerib⁹ ſanādis ⁊ ſimilib⁹. ⁊ ē manifeſtū ꝙ hec oīa ſcire poteſ qñ inſpexeris ī oīb⁹ ſtatib⁹ pſtaꝝ in eo ꝙ ſignificāt mores ⁊ ſubtilitā: ⁊ qñ rem iſtam volueris iudicare expedit ꝙ inſpicias hec i totumq̄ꝫ vſqꝫ huc diximus ī B libro ī B qḋ legis.

¶ Stelle quidem que fuerint ex haiꝫ ſtellarum diſpoſitionem habentiuꝫ cum eis teſtificantur nati diſpoſitionem apud euꝫ remanere ⁊ ſaluare deſignabunt. At ſi ſtelle que ex haiꝫ cōtraria fuerit ſuper loca auctoritatis eleuent̄ vel ad ipa ſubſequētes eāt: amiſſionē ſubſtātie demōſtabūt.

¶ Et planete qui ſunt de haiꝫ planetaruꝫ gubernatorum ſi teſtificabunt eis: erunt diuitie ille durabiles ⁊ cuſtodite nec mutabuntur. Et ſi planete qui ſunt de conuerſo haiꝫ eleuati fuerint ſuper loca principalia qui ſunt ſequentes ea vel quia vadāt ſignificant diuitiarū amiſſioneꝫ.

¶ Nō hñt virtutem teſtimonia pſtaꝝ cōtrarioꝝ niſi quando fuerit in cōiūctōe vel oppoſitione aut quarta. ⁊ gñalr̄ cum ſua contrarietate ſint nocētes cū aliquo aſpectu. loca eniꝫ pncipalia iaꝫ oſ̄dim⁹ ī caplo vite ⁊ dixit ꝙ ſūt quattuor. locus ſolis. locus lune. aſcēdens ⁊ locus ptis fortune. Et conuenit vt ſꝑ ordines ⁊ ponas primo habentem maius paſſe ſicut diximus in multis locis ⁊ hoc totū bene poteris iudicare inſpiciendo ad capitulū pmum prope: ⁊ ad id qḋ diximus in alijs capitulis de modo ꝙ id bñ itelligas.

¶ Uniuerſalr̄ vero tempus in quo iſtud eueniet ex ſtellarum que futuri ſunt occaſio aſpectibus ad angulos vel ad loca ad angulos aſcendentia deprehendetur.

¶ Et generaliter tempus in quo eueniet poteſt ſciri a ſtatu planetaruꝫ hoc facientium in angulis ⁊ in locis ad angulos aſcendentibus.

¶ Uult dicere ꝙ ſcire poſſum⁹ tp̄s quo natus habebit diuitias et horā qua pdentur ſi pdi debuerit a q̄ꝫtitate ſcitutis virtutis pſtaꝝ facientiū vnāquāqꝫ reꝝ iſtaꝝ. ⁊ iā gloſauim⁹ hoc ī tractatu pterito. Silr̄ a locis pſtaꝝ faciētiuꝫ B qñ iſpexerim⁹ ad āgulos ⁊ aſcēdētia loca ad anglos. Et iā diximus hanc totam gloſam in caplo vite: id qḋ in caplis illis dixit oſtendem⁹ tibi: dico ꝙ pſte feſtini mot⁹ ⁊ q ſūt orientales a ſole: ⁊ illi q ſt̄ ī medietate oriētali celi: ⁊ ſilia: ſignificant ꝙ tp̄s rei erit citi⁹: ⁊ ordinabis ſignificationē harum rerum: vt citius ſint ſꝫ hos ſtatus quos īuenies i illis planetis. Et pſte ſilr̄ q ſūt tardi mot⁹ ⁊ occidētales in medietate occidētali ⁊ ſilia: ſignignificāt ꝙ res accidēt tarde ⁊ ꝓlongabit̄. ⁊ ordinabis ſignificationē pſtaꝝ ſm̄ hos ſtatus ī q̄bus hos īuenies. Silr̄ quādo ſciemus q̄ꝫtuꝫ fuerint ab angulis elongati: ⁊ ad quos vadunt ſicut demonſtrauimus in capi. vite p atazir ꝓ eo ſcire poterim⁹ ēt ſi erit cito: ⁊ ſi ꝓlōgabitur: ⁊ quo tēpore erūt lucra vel amiſſio certe.

## ¶ De ꝓſperitate ⁊ in valitudine nati. Ca. II

Dixit haly.

Jam diximus ꝙ honor ⁊ valitudo eſt res dicta fortuna ⁊ cū iudicio illi⁹ cōplet̄ ī iudiciū diuitiaꝝ.

Res autem valitudinis ⁊ eiuſdem in valitudine proſperitates.

¶ Honorem ⁊ fortunam ad ſe pertinentem.

¶ Quod dixit fortunam ad rem pertinentem honoris: oſtendit diſtinctionem honoris. Nam dicit ꝓ honore fortunam compleram. ⁊ quando dicit fortunam ē ⁊ eſt fortuna pro aliqua re ſola cognita.

¶ Ex luminarium ac ex ſtellarum ea circundantium qualitatibus: ⁊ vt eorum videm ſimilitudinem cuꝫ hoc attendim⁹ ⁊ obſeruare neceſſe ē.

¶ Conuenit nobis aſpicere a ſtatu duorum lu

minariū: ⁊ a ſtatu planetarum ea circundan-tium: ⁊ cū ſi hoc ſimiliter habemus inſpicere in concordantia ſua.

¶ Uult dicere ꝙ regula generalis qua ſciemus res pertinē-tes ad fortunam eſt inſpicere in ſtatu ſolis ⁊ lune ⁊ plāetarū circundantium eos.

¶ Cum enī vtraqꝫ luīnaria in ſignis maſculinis fuerint: ⁊ vtriſqꝫ vel eorum alterum in angulis extiterit: maxime autem illō quod dominꝰ haiz fuerit ⁊ qnqꝫ ſtelle erratice ea circundederint: circundanteſqꝫ ſolem matutinales ⁊ lunaꝫ ambientes veſpertinales extiterint: ipꝫ natū regem fore non dubitabimus.

¶ Ita ꝙ quando duo luminaria fuerint in ſignis maſculinis ⁊ ambo in angulis vel vnus eorum ⁊ maxime qui eorū fuerit dominꝰ haiz: ⁊ qnqꝫ plāete fuerint circa ea: ⁊ q circa ſolem fuerint ſint matutinales ⁊ qui circa lunā veſpertinales: erit natus rex.

¶ Figura faciens natum regem eſt ꝙ ſint ſol ⁊ luna ī ſignis maſculinis ⁊ in angulis: ⁊ ſi non ambo in angulis eorū vnꝰ in angulo qui ſit dominꝰ haiz: ⁊ hoc eſt ſol de die ⁊ luna de nocte: ⁊ ꝙ quinqꝫ planete ſint circa luminaria ⁊ exiſtentes circa ſolem ſint matutinales: ⁊ circa lunam veſpertinales. Et iam ſcis ꝙ circundare eſt ꝙ ſit vnus plāta ante ⁊ alius retro eundem planetam vel radios ſuos. Et quando in natiuitate alicuius talem figuram inuenerimus dicemus ꝙ erit rex ⁊ ſui magnitudo regnatoris erit ſm horum fortitudinem: qꝛ ſi ſol fuerit in .ioᵃ. domo in ſigno maſculino ⁊ oēs planete circa eū qꝫ ipm aſpiciāt: dicemꝰ ꝙ natus erit mirabilis ⁊ potens. Cum autem figuram talem inueneris non oꝫ te inquirere a quo loco procedit: ſed ſolum ſi vixerit: vel ſenſum habebit in natiuitatibus filiorum regum: cōuenit vt īſpicias ad ſignificatorē regni ⁊ gentis ac patris ⁊ iudicare in quolibet horum ſm concordantiam ⁊ diſcordantiaꝫ ſoluꝫ quā hñt. Et quando inuenies hanc figuraꝫ quā ptholemeus dixit ⁊ inueneris nato vitam qua poſſit hoc cōpleri ⁊ inuenies ipm habiturum virtutem cordis ⁊ aīe cōcordantem cum eo iudicabis ꝙ natus erit rex licꝫ ſit filiꝰ mercatoris vel ſerui. Et ita cōuenit vt intelligas: quia res ē manifeſta. Quoniā iā multos inuenimus mercatores ⁊ ſeruos qui in multis terris reges fuerunt ⁊ conſueuerūt eſſe viles ⁊ ſerui: ⁊ debiles mercatores. Et conuenit vt ſcias ꝙ ſi cuꝫ tali figura cōcordauerit aliqua ex ſtellis fixis ita ꝙ ſint cū duobꝰ luminaribꝰ ſuper vno circulo erit nati potentia magna valde ⁊ citiꝰ ac fortior erit exñtibus illis fixis de haiz facientibus fortunam.

¶ Sed ſi ſtelle que ea circūdant in angulis item extiterint aut cum angulis ſupra terram exiſtentibus in figura ſocietatem habuerint: erit natus magne valitudinis atqꝫ potētiſſimꝰ ⁊ rex mūdi.

¶ Similiter ſi planete circundantes ea in angul' fuerint: ⁊ in figura participationem habuerint cum angulo qui eſt ſuper terram erit natꝰ multum mirabilis magni facti magne potētie: ⁊ rex valde potens in tota terra.

¶ Uult dicere ꝙ planete ⁊ ſtelle fixe circundantes ſolem vꝉ lunam: vel ille qui eſt ex eis dominꝰ haiz: ſi fuerint in angul': aut habuerint participationem cum ioᵃ domo in figura ſignificabit regnatū: iudicabis ꝙ natꝰ erit poᵗ ⁊ facti magni in ſuo regno: ⁊ regnabit ī maiori parte habitabil' terre: aut ī valde magna parte illius.

¶ Eius etiam fortuna cum ſtelle circundantes dextre fuerint ⁊ angulis ſup terram exiſtentibꝰ fuerint aſſociate: augmentabitur.

¶ Et augebitur multum in fortuna ſua quando fuerint plāte circundantes ſtellas ⁊ hūerint ꝑticipationem figure cū angulis q ſūt ſup terraꝫ.

¶ Ult dicere ꝙ quando figura plāetarum ſignificabūt in aliqua natiuitate ī angulis regnatum ꝙ augebit ī fortuna natus ille ī ſuo regnatu ⁊ poſſe. Et ſi plāte ⁊ ſtelle fixe cicundā-tes lumiaria fuerint bene potentes: quia dextre ſunt maioris potentie qꝫ ſiniſtre: ſicut oſtendimꝰ: ſi tales potētie fuerint ⁊ ſe cōcordauerit cū aſcēdente ⁊ .ioᵃ domo natus erit maioris potētie ⁊ fortune.

¶ Cum aūt ceterarum ſtellarū qualitates velut hec qualitas fuerit: ſoluſqꝫ ſol ī ſigno maſculīo rotauerit: luna vo ī feīno ⁊ eoꝝ alter ī angul' fuerit: natꝰ erit hō ſoliꝰ regiminis ⁊ īterfector.

¶ Et ſi ſtatus quinque planetarum fuerit iſto modo: ⁊ ſol in ſigno maſculino ſolum ⁊ luna in feminino: ⁊ vnus eorum in angulo: natus erit ſolummodo populi gubernator: iuſtitiandi: ⁊ incarcerandi: potentiam habiturus.

¶ Quando omnes planete ſignificauerit ꝙ natus erit rex ⁊ ex hoc minuuntur ſolummodo ꝙ ſol eſt in ſigno maſculino ⁊ luna in feminino: ⁊ vnus eorum in angulo: ⁊ aliꝰ nō talis figura de tanto diminuta ſignificat ꝙ natus non amplificabit vt ſit rex: ſed vt ſit tantummodo gubernator potens de iuſtitiando multos: interficiendo ⁊ incarcerando. ⁊ hoc dixit ſimiliter ptholemeꝰ: lꝫ natꝰ non ſit de loco ꝙ talis eſſe debeat. Nam vidi multos qui erant valde ex vilibus ſeruis ⁊ applicuerunt ad hunc ſtatum. Et vidi vnum qui erat ſargentus cuiuſdam vilis ſerui: ⁊ creuit factum et honor ſuus donec venit ad poſſe habenduꝫ in maiori parte terre egypti: ita ꝙ habuit vltra centum milia hominum armigerorum ad ſuum mandatum. ⁊ talia qualia iſta ſatis inuenta ſunt in hominibus. Quod autem tibi conuenit in hoc loco: eſt vt adiungas ſignificationem huius figure cuꝫ ſignificatione vite ⁊ corporis complexione: ac anime moribus ⁊ diuitijs. Et ſi rem parum volueris affirmare: aſpice concordantiam quam natus habebit cum ſignificatoribꝰ regni in quo eſt: aut cum ſignificatoribus regis aut cuꝫ aliquo ſignificatorum qui oſtenderunt in mundo accidentia grandia: ⁊ ſic certius rem intelliges: quia talis fortuna qualis iſta eſt fortuna: vicariorum: regum: ⁊ ducum: exercituū gubernatorum: ⁊ intelliges ſi natus erit vicarius regis: aut dux exercituum a re dante in natiuitate ſua diuitias: ⁊ propter miniſteriuꝫ quod habebit: ꝙ ſi diuitie fuerint pro parte ſcientie ⁊ rerum quas dat mercurius: erit vicarius: ⁊ maxime ſi iuppiter habuerit participationem cum eo. ⁊ ſi habuerit pro parte martis: erit exercituum gubernator vel dux magnus: et maxime ſi cum eo habuerit participationem iuppiter ⁊ mercurius: ⁊ poteſt peruenire ad talem dignitateꝫ qualis iſta deſcendens a ſtirpe nobili pro ſole qui habet aliquantulum ſignificationis talis fortune ⁊ fuerit ſignificatio planetarum in ſua natiuitate huius maneriei.

¶ Or ſi cum hoc circundantes ſtelle in angulis non appareant nec eis teſtificentur: erit natus

magni nominis tm̄: ⁊ eius valitudo velut illius qui vni parti dominabitur apparebit: ſeu velut dominiuz baiuli: ſeu dominiuz exercitus: ⁊ nõ vt dñiuz alcaidis qui toti regno diſponit.

¶ Et ſi cum hoc planete circundantes in angulis non fuerint: nec teſtificabuntur angulis: erit natus honoratus ſolum de magno modo: ⁊ erit honor eius ſicut habentis magnũ poſſe ſuper aliquã villam: vel habebit redditus regis videre: aut erit dominus militie: non ꝙ habeat talem honorem qualem exercitus gubernator ⁊ totius regni.

